ARISTO:
TELIS DE ANI=
ma Libri tres, ad Coſmam Medicen, interprete Ioanne Argyro=pylo By=zantio.

PARISIIS.

Apud Prigentium Caluarin
In clauſo Brunello, ad inſi=
gne Geminarū Cypparū.

1 5 3 6.

[illegible]



[illegible]

scientia de anima est preponenda aliis scientiis naturalibus et propter certitudinem et propter nobilitatem eius [illegible]

ARISTOTELIS DE ANIMA

Liber primus, ad Coſmam Medicen; interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Cap. I.

CVM omnem ſcientiam rem
eſſe bonam arbitremur ac ho 1
norabilem, & aliam alia ma-
gis ex eo talem eſſe putemus,
quia vel exactior eſt, vel re-
rum eſt earũ quę magis præ-
ſtabiles magiſque ſunt admi-
rabiles: ſcientiam animæ nimi
rum ob hæc vtraq; non iniuria ponendam in primis
eſſe cenſemus. 2 Videtur autem & ad veritatem
omnem, ipſius animæ cognitio vehementer confer-
re, & maxime ad ipſius naturę ſcientiã. eſt enim ani-
ma, quaſi principiũ omnium animalium. 3 Atq;
perſpicere cognoſcereque naturam eius & ſubſtantiã
querimus: deinde ea quæ circa ipſam accidunt, quo-
rum quædam affectus ipſius eſſe proprij, quædam
animalibus etiam per ipſam ineſſe competereque vi
dentur. 4 Verum enim omni ex parte atq; omni
no difficillimum eſt: fidem aliquam de ipſa tandem
accipere. Nam cum hæc quæſtio cõmunis ſit etiam
cum alijs rebus cõpluribus, de ſubſtãtia dico & quid
eſt; vnus cuipiam fortaſſe modus, vna via, quædam
eſſe videtur, qua cognoſcere quidnam ſit vnaquæq;

poſſumus rerum, quarum ſubſtantiam percipere volumus, perinde atq; modus vnus eſt hiſce quo proprij rerum demonſtrantur affectus. Quapropter quęrendũ eſt: quænam ſit illa via, quis ille modus vnus, quo rerum ſubſtantiæ percipi poſſunt. 5 ❡Quod ſi non vnus quidam atque communis ſit ille modus: longe difficilior ipſa pertractatio fit. oportebit enim de vnaquaque rerum accipere, quis ad vnamquamque modus accommodabitur. Si vero pateat illum demonſtrationem vel diuiſionem vel etiam quendam alium modum eſſe complures inſuper difficultates erroreſque emergunt in ijs exquirendis e quibus vniuſcuiuſque conficienda eſt diffinitio. aliarum nanque rerum, alia principia ſunt, vt numerorum ſuperficierumque. 6 ❡Primum autẽ fortaſſe neceſſarium eſt diuidere atque accipere: in quonam generum collocetur, quidque ſit anima. vtrum ſit ſubſtantia: an in qualitate, vel in quantitate, vel in alio quodam prædicamentorum genere collocetur. Deinde perueſtigandum eſt, vtrum eorum ſubeat rationem quæ potentia ſunt, an potius quidam ſit actus. non enim parum intereſſe videtur. 7 ❡Cõſiderandũ eſt præterea, ſi partibilis ſit necne. & vtrum eiuſdem ſit anima ſpeciei omnis, necne. Et ſi non ſit eiuſdẽ ſpeciei: vtrum ſpecie tantum, an etiam genere differat. nunc enim ij qui dicunt atque quærunt de anima: de humana tantum quærere perſcrutarique videntur. 8 ❡At cauendũ eſt ne nos pretereat, vtrum vna ſit: eius ratio vt animalis, an vniuſcuiuſque ſit alia ratio, vt equi, canis, hominis, dei. Animal autem vniuerſale: aut nihil eſt, aut poſterius eſt, & quicquid itidem

aliud communiter prædicatur. 9 ¶ Præterea ſi non plures ſint animę, ſed partes: vtrum animam totam, an partes quęrere prius oporteat. Difficile autem eſt id quoque determinare, quænam inquam partes a quibus diuerſæ ſint. 10 ¶ Et vtrũ ipſas partes, an ipſarum partiũ operationes prius quęrere perſcrutarique oporteat: ceu intelligere an intellectiuum, & ſentire an ſenſitiuum, & eodem modo de cęteris. Quod ſi operationes ſint exquirendę prius: rurſus profecto quiſpiam dubitabit, ſi oppoſita prius ſint inquirenda, vt ſenſibile prius quam ſenſitiuũ, & intelligibile quam intellectiuum. 11 ¶ Non ſolum autem ipſius quid eſt cognitio, conferre videtur ad perſpiciendas eorum cauſas quę ſubſtantijs accidunt, vt in Mathematicis confert quid eſt rectum, & quid curuum, vel quid linea, quid ſuperficies ad cognoſcendum quot rectis anguli triãguli ſunt equales (nam ipſum quid eſt, omnis eſt principium demonſtrationis) ſed ecõuerſo etiam accidentia magnam afferũt opem ad illud percipiẽdum. Nam cum per imaginationem de accidentibus aut omnibus aut pluribus reddere poſſumus: tum aliquid etiam de ſubſtantia dicere poterimus optime. ¶ Quare patet eas omneis diffinitiones, diſſerendi modo vaneque dictas & aſſignatas eſſe: quibus nõ fit, vt accidentia percipiantur, aut de ipſis cõiectura facilis habeatur. 12 ¶ Eſt etiã de affectibus animę dubitatio: vtrum omnes communes ſint cum eo quod habet animam, an ſit & ipſius animæ proprius aliquis hoc enim ipſum accipere quidem neceſſarium eſt: non tamen accipi facile poteſt. Atque plurimi ſunt, quorum ſine corpore nullum

aut agere aut pati videtur:vt iraſci,confidere, cupere,omnino ſentire. Maxime autem ipſum intelligere,proprio ſimile eſt.Quod ſi hoc etiam imaginatio ſit quædam, aut ſine imaginatione non ſit: nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt. 13 ¶ Si igitur operationum animæ vel affectuum aliquis proprius ſit ipſius,fieri poteſt vt ipſa anima ſeparetur. Sin vero nullus ſit eius proprius:non ſeparabilis eſt,ſed eſt de ipſa perinde atque de recto:cui multa quidem vt rectum eſt competunt,veluti puncto pilam æneam tangere,nõ tamen ipſum inquã ſeparatum tanget.eſt enim inſeparabile. quippe cum: ſemper aliquo cũ corpore ſit.

14 ¶ Videntur autem & omnes affectus animę cum corpore eſſe:ira,manſuetudo,timor,miſericordia, cõfidentia,gaudium,odium denique atque amor.nam vna cũ his,ipſum corpus aliquid patitur,Quod quidem ita eſſe:ex eo patet. interdum enim non iraſcuntur,neque timent:etiam ſi ſe vehemẽtes ipſis manifeſtęve cauſæ offerant. interdum a paruis quibuſdã mouentur atq; exiguis:ſi feruet concitaturq; corpus, & perinde ſe habet atq; cum afficitur ira. Hoc magis ex eo patet:qui a nonnulli nulla re penitus accidente quæ quidem poſſit terrere,nulloque imminente periculo,vt ij qui metuunt, perturbantur ac afficiuntur timore. 15 ¶ Quæ ſi ita ſint:patet affectus , rationes eſſe materiales . qua re:& diffinitiones ipſorum ſunt tales. Iraſci nãque:motus quidam talis eſt corporis, aut partis,aut potentiæ,ab hoc huius gratia. Icc irco, Naturalis eſt:de anima vel omni vel tali cõſiderare.

16 ¶ Diuerſo autẽ modo Naturalis & Diſſerẽdi artifex: vnumquodque ipſorum diffiniet . Nam alter,

iram appetitionẽ eſſe dicet doloris viciſſim aduerſario inferendi, aut aliquid tale. Alter: ſanguinis aut caloris eius qui circa cor eſt, feruorẽ ebullitionemve. Atque alter, materiem; alter, formam, hoc pacto reddit & rationem. Hęc enim, eſt ratio rei, quam neceſſe eſt ſi fuerit, in tali materia eſſe. ſic enĩ, & domus aſſignari diffinitio ſolet. Nam quidam, talem eius rationem aſſignat, eſſe dicens tegmentum quod quidẽ prohibere populareſque poteſt incommoditates eas quæ tum a ventis, tum ab imbribus, tum etiam ab æſtu fieri euenireque ſolent. Quidam, dicit lapides eſſe lateres atque ligna. At alius, formam in hiſce ponit, horum dicendo gratia. Quis igitur iſtorum eſt Naturalis? is ne qui materiam aſſignat, & rationem ignorat, an is qui ſolam rationem reddit, & materiã ipſam omittit? an is potius qui vtramque complectitur? At illorum vterque quis eſt. 17 ¶ At enim conſtat neminem eſſe, qui circa materiæ verſetur affectus non ſeparabiles, & vt non ſeparabiles ſunt, pręter ipſum Philoſophum naturalem. Etenim, Naturalis circa omnia ea verſatur, quæ talis corporis taliſque materiei ſunt operationes atque affectus. circa autem ea quæ talia non ſunt, non Naturalis, ſed alius ſolet verſari. Atque de nonnullis quidem conſiderat ſi forte fuerit artifex, faber inquam, vel medicus. De his autem quæ ſeparabilia quidem non ſunt, attamen non vt affectus corporis talis, ſed abſtractione ſumuntur, Mathematicus. At ea quæ ſunt ſeparata, & vt talia ſunt, ipſe primus Philoſophus contemplatur. 18 ¶ Sed eo redeundum eſt, vnde noſtra defluxit oratio. Dicebamus autem affectus

animæ,eſſe inſeparabiles ab animalium naturali materia vt tales ſunt: & non vt ſeparatur linea ſuperficieſque, ſic iram & metum a ſubiecta ſibi materia ſeparari.

Cap. II.

19 VErum enimuero neceſſe eſt cõſiderantes de anima, & de his dubitantes ac ambigentes quæ non oportet procedentes inuenire atq; percipere in medium eorum antiquorum afferamus opiniones,qui de anima tractarunt aliquid atque dixerunt vt ea quidem accipiamus quæ bene ſunt dicta,ab his autem caueamus quę non bene recteq; dicta fuere. Initium autem inquiſitionis hoc erit ꝑfecto congruum,ſi prius poſuerimus ea quæ maxime videntur animę cõpetere ſuapte natura. Animatum itaq; duobus his ab inanimato maxime differre videtur,motu ac ſenſu. A maioribus etiam noſtris, hæc duo fere de anima accepimus. 20 ¶ Inquiunt enim nonnulli,animã id eſſe quod maxime primoq; mouet,atque exiſtimantes fieri nõ poſſe vt id aliud quicquam moueat quod non moueatur,animam vnum quid eorum eſſe putarunt quæ motu cientur. Quocirca Democritus: ignẽ atq; calorem ipſam cenſuit eſſe,nam cũ ſint infinitę figuræ ac indiuidua corpora:rotunda dicit ignem & animam eſſe. Hæc indiuidua corpora, ſimilia corpuſculis ijs eſſe quæ in aere ferri videntur,in ipſis inquã radijs qui per feneſtram ingrediuntur,& rerum elementa generandarum ſeminaque totius eſſe naturę dixit. Eadem: & Leucippus ille cenſebat. Horũ igitur corporum ea quæ ſunt rotunda ignem ac animam aſſerunt eſſe, propterea

quod maxime omnium figuræ tales totum corpus ingredi penetrareque poſſunt, atque cætera mouere cum moueantur & ipſa, arbitrantur enim: animam id eſſe quod motũ animalibus præbet. 21 ¶ Quapropter & reſpirationem: viuendi rationem atque cauſam eſſe putant. nam eo quod continet contrahente corpora comprimenteve, ac extrudente figuras eas quæ præbent animalibus motum, quia nec ipſę vnquam quieſcunt: ſuccurſum auxiliumque reſpiratione fieri dicunt, ingrediẽtibus alijs figuris ſimilibus, quæ quidem egredi prohibent ipſas quę animalibus inſunt, id repellendo quod cõtrahit atque premit, & eouſque viuere animalia quouſq; id facere poſſunt. 22 ¶ Videtur autem & id quod a nonnullis Pythagoricis dicitur: eandem habere ſententiam. Quidam enim ipſorum, ea corpuſcula quæ agitantur in aere, quidam id quod illa mouet ac agitat, animam eſſę dixerunt: propterea quod continue moueri videntur, etiam ſi nullus ventus penitus afflet. Eodem feruntur ij: qui dicunt animam id eſſe quod ſeipſum agitat motu. etenim omnes ij motum videntur putaſſe maxime proprium eſſe animę: & alia quidẽ vniuerſa per animam, hanc autem a ſeipſa moueri. quia nihil videbãt mouere: quod non moueatur & ipſum. 23 ¶ Similiter & Anaxagoras id quod mouet, animam eſſe dicit: & ſiquis alius cenſuit vniuerſum, mentem mouiſſe, nõ tamen perinde penitus atq; Democritus. Is enim: animã & intellectum ſimpliciter idẽ eſſe putauit. etenim: id quod videtur, verum eſſe dicebat. Quocirca recte dixiſſe inquit Homerum, Hectora iacere alia ſapientẽ. Nõ igitur vt potẽtia qua-

dam circa veritatem, vtitur mente ac intellectu: ſed idem eſſe animam dicit & intellectum. 24 ¶ Anaxagoras autē: minus de ipſis explanat. multis enim in locis: boni rectiq; mentem cauſam eſſe dicit. alibi autem animam, ipſam mentem eſſe aſſerit. nam animalibus vniuerſis, tam paruis quā magnis, tam præſtabilibus quam minus etiam præſtabilibus mentē ineſſe: dicit. At ea mens tamen & intellectus cui prudentia tribuitur: non vniuerſis ſimiliter animalibus, quinetiam neque cunctis hominibus ineſſe videtur. 25 Omnes igitur iȷ qui ad animātis reſpexere motū, maxime motiuū, animam eſſe putarunt. At qui cognitionem animaduerterūt ipſius, ac ſenſum quibus res cognoſcit & ſentit: iȷ dicunt animam ipſam, principia rerum eſſe. At qui plura principia faciunt, hæc ipſa: qui vero vnum, idipſum animam eſſe cenſent. Empedocles enim ex elementis quidem vniuerſis ipſam cōſtare cenſet, tamen & vnūquodq; iſtorum animam eſſe putat. Dicit enim. Terram nam terra, ſimpha cognoſcim⁹ vndā: Aetheraq; æthere. ſane ignis dignoſcitur igne. Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite. 26 ¶ Eodem & Plato modo: animā in Timæo ex elementis conſtare cenſet. ſimili nanq;, eius quoq; ſentētia, cognoſcitur ſimile, & res ipſe ex principiȷs ſunt. Similiter determinatum eſt ab eodem & in hiſce quæ de Philoſophia dicuntur, animal quidē ipſum ex ipſius vnius idea formave, & ex longitudine prima & latitudine profunditateve conſtare. cætera vero, ſimili modo. 27 ¶ Inſuper & alio pacto, intellectum quidem, eſſe vnum ipſum, ipſa vero duo, ſcientiam. eſt enim ipſa, tantum ad vnum proceſſio.

Superficiei præterea numerum,opinionem : ſolidi,
ſenſum.nam numeri quidẽ:formæ ipſæ & principia
dicebantur.ſunt autẽ:ex elementis.Res vero:partim
intellectu,partim ſcientia, partim opinione , partim
ſenſu diiudicantur ac diſcernuntur.atque hi numeri:
formæ ſunt rerum. 28 ¶Cum autẽ anima motiuũ
& cognitiuum ſit:quidam vtrunq; cõplexi ſunt,atq;
animam numerũ eſſe ſeipſum mouẽtem aſſeruerũt.
omnes tamen de principijs quæ & quot ſunt, inter
ſeſe diſſentire videntur. atq; maxime quidem ij qui
corporea putant eſſe:ab hiſce diſſentiunt qui incorpo
rea ponunt,minus autem: ab ijs qui compoſuerunt,
& ex vtriſq; principia rerum aſſignauerũt.Diſſentiũt
etiam : & de multitudine eorũdem, quidam enim,
vnum:quidã,plura principia dicunt eſſe. 29 ¶Atq;
vt de principijs ſenſerunt:ſic de anima etiam deter=
minauerunt.non enim abeſt a ratione: in primorum
natura mouẽdi cauſam collocare.Quapropter: ignis
quibuſdam eſſe videtur. is enim ſubtiliſſimarum eſt
partium: & longe magis quam elementa cætera in=
corporeus,mouetur inſuper:& cętera primo mouet.
30 ¶Democritus autem & ſubtilius dixit, cum aſſi=
gnauit cur eſt iſtorum vtrumq; dixit enim: animam
quidem mentemque idem eſſe.hoc autem , ex ipſis
primis atque indiuiſibilibus corporibus eſſe , Atque
ob partium quidem ſubtilitatem, mouere , ob figu=
ram vero,moueri.figurarum autem omnium nobi=
liſſimam , figuram rotundam aſſerit , talemque eſſe
intellectum & ignem. 31 ¶At Anaxagoras vide=
tur quidem aliud animam , aliud intellectum men=
temve dicere : quemadmodum & antea diximus,

vtitur tamen vtriſque, perinde atque vna natura. Verum: mentem principium maxime omnium ponit. ſolam nanq; rerũ omnium ipſam: ſimplicem & non miſtam & purã eſſe ſynceramq; dixit. Atque eidem principio hæc vtraque tribuit, cognitionem inquam & motum: dicens vniuerſum mentem mouiſſe.

32 ¶ Thales etiam videtur ex hiſce quæ tradita memoriæ ſunt: motiuũ quoddam animam ipſam eſſe putaſſe. ſiquidem dixit magnetem habere animam: quia mouet trahitque ferrum. Diogenes autem, ſicut & alij quidam, aerem ipſam cenſuit eſſe, hunc ſubtiliſſime ſubſtantiæ, rerumq; principium eſſe putans. Iccirco: cognoſcere atq; mouere, animam dixit. hoc quidem cognoſcere, quo primum eſt & ex hoc ipſo cætera conſtant: hoc autem eſſe motiuum, quo ſubtiliſſimum eſt. Heraclitus quoq; , principium ait animam eſſe. quippe cum exhalationem eſſe, ex qua cętera dicit conſtare, & maxime incorporeum eſſe, & ſemper fluere: dicat. atq; id quod mouetur, eo quod motu cietur cognoſci: conſtat. Moueri autem res vniuerſas: & ipſe, & alij complures arbitrabantur. Similimodo & Alcmęon: de anima putaſſe videtur. Dicit enim: ipſam immortalem eſſe, ex eo quia ſimilis ipſis immortalibus eſt. quod quidẽ ideo dixit ipſi cõpetere: quia ſemper mouetur. mouentur enim & res omnes diuinæ continue ſemper: luna inq̃, ſol, ſtellæ, totumq; cœlum. Quidam & magis importuni, animam aquam eſſe dixerunt. vt Hippo. qui quidem ad hanc ſententiam ratione ſeminis videtur eſſe cõpulſus, quia omnium ſemen humidũ eſt. etenim: redarguit eos qui ſanguinem animam aſſerunt, quia ſemẽ

ſanguis non eſt.hoc autem:primam animam eſſe dicit.Sunt & qui ſanguinem ipſam eſſe dixerũt,vt Critias,ſentire ipſum maxime proprium animæ eſſe putantes.quod quidem competere propter naturã ſanguinis,crediderunt.Nam,omnia elementa, præter terram,iudicem habuerũt.hanc autem nemo tribuit animæ,niſi quis ipſam dixerit ex omnibus elementis conſtare,aut omnia eſſe. 33 ¶Vt igitur in ſummam omnia redigamus tribus, his omnes animam, motu,ſenſu,incorporeoque diffiniunt:quorum vnũquodque reducitur ad principia rerũ,vt patuit. Quapropter & ij qui cognitione diffiniunt animam: aut elementum,aut ex elementis faciunt ipſam,ſimiliter omnes præter vnum,dicentes.Inquiunt enim:ſimile ſimili ſibi cognoſci. atq; cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anima:ex vniuerſis rerum principijs ipſam conſtare dicunt. 34 ¶Quibus igitur placuit vnam cauſam,elementumque vnum ponere rerum: ij animam etiam vnum, velut ignem aut aerem eſſe ponunt. Qui vero plura rebus principia tribuunt:ij plura quoque dicunt animam eſſe. Solus autem Anaxagoras:mentem paſſione vacare dicit,& nihil prorſus cum cæteris habere commune. Verum cum talis ſit, quonam pacto cognoſcat & quam ob cauſam,neque ille dixit,neque ex dictis perſpici poteſt. 35 ¶At vero qui contrarietates in principijs faciunt: ij conficiunt animam etiam ex contrarijs. Qui vero tantum alterũ ponunt contrariorum, calidum inquam aut frigidum,aut aliquid aliud huiuſcemodi: ij ſimiliter & animam vnum iſtorum aſſerunt eſſe. Quapropter, & nomina ipſa ſequũtur.nam ij qui calidũ eſſe dicũt:

inde inquiunt ipſum viuere ductum nominatumque fuiſſe & ij rurſus qui frigidum eſſe cenſent, animam inde nuncupatam ob reſpirationem & refrigerationē aſſerunt eſſe. Hæc igitur ſunt quæ de anima tradita ſunt a maioribus noſtris: & hę ſunt cauſę ob quas illi talia de ipſa dixerunt.

Cap. III.

36 Conſiderandum eſt autem primum: de motu. Nam fortaſſe non ſolum falſum eſt, ſubſtantiam animæ talem eſſe qualem ij dicūt qui animam id aſſerūt eſſe quod ſeipſum mouet aut mouere poteſt, ſed etiam vnum id eſſe quoddam videtur eorum quæ nequeūt eſſe, motum inquam ipſi ineſſe atque competere. Non neceſſarium igitur eſſe id omne moueri quod mouet: olim iam diximus & probauimus. 37 ¶ Cum autē omne quod motu cietur dupliciter moueatur, aut enim per aliud: aut per ſe mouetur. per aliud autem id omne moueri dicimus: quod eſt in eo quod motu cietur, vt nauigātes. hi nanqꝫ: non perinde atqꝫ nauis mouētur. hæc enim per ſe mouetur: illi motu ciētur, quia ſunt in eo quod motu cietur. quod quidem ita eſſe: patet in partibus. motus enim proprius pedū eſt ambulatio, qua mouentur & homines. tunc autē iſce motus nō ineſt, vt patet, in nauigātibus. 38 ¶ Cum igitur id quod mouetur (vt diximus) biſariā dicatur moueri: conſideremus nunc oportet de anima, ſi per ſe moueatur motuſque particeps ſit. Cum igitur quatuor ſint motus, latio, alteratio, accretio, atque decretio: aut iſtorum vno, aut pluribus, aut omnibus, vt patet, mouebitur.

Quod ſi non per accidēs moueatur: natura ſane motus inierit ipſi. at ſi hoc ſit: locus etiam eidem identidem competet. omnes enim iam dicti motus, in loco ſunt. 39 ℭ Quod ſi ſubſtātia ſit animę ſeipſam motu ciere, nō per accidens inerit ipſi motus, vt ineſt albedini aut tricubito. mouētur enim & ipſa: verum per accidēs. quippe cum: corpus id moueatur, cui res tales inſunt. Quapropter: & locus nullus ipſorū eſt, at erit animę ſine cōtrouerſia locus: ſi natura motus particeps eſt. 40 ℭ Præterea ſi natura motu cietur: vi quoque moueri poteſt. & ſi vi mouetur, & natura moueri poteſt. Eodē modo: de quiete quoque dicere poſſumus. in hoc enim natura res quieſcere ſolet: in quod ſuapte natura mouetur. in hoc pari modo vi plane quieſcit, in quod vi pulſa mouetur. Atqui motus erunt animæ violenti quieteſve, neque ſi fingere volumus, aſſignare facile poſſumus. At vero ſi ſurſum mouebitur, ignis erit, ſi deorſum, terra. hiſce nāque corporibus: hi motus competunt. Eadem eſt: & de medijs corporibus ratio. 41 ℭ Præterea cum videatur anima corpus mouere: rationi conſentaneum eſt iis motibus ipſum mouere quibus & ipſa moueatur. Quod ſi id ſit, conuertendo vere quoque dicere poſſumus, eo ipſam motu cieri quo mouetur & corpus. at, latione corpus mouetur. Quare mutabitur & anima perinde atque corpus, & aut tota, aut partibus locum mutabit. Quod ſi id fieri poteſt, fieri quoq; poteſt vt egreſſa, rurſus corpus ingrediatur. ex quo fiet: vt animaliū ea quę mortē obierunt reſurgant. 42 ℭ At enim motu per accidēs, ab alio quoq; mouebitur. animal enim: vi pelli poteſt. Non autem

oportet cuius in ſubſtantia ineſt a ſeipſo moueri: id ab alio motu cieri,niſi per accidens quemadmodum neque quod per ſe vel propter ſe bonum eſt: id per aliud oportet aut gratia cuiuſpiam eſſe. 43 ¶ Animam autē,ſi mouetur:a ſenſibilib⁹ maxime quiſpiā dicet moueri. At vero ſi mouet ſeipſam anima, & ipſa quoque mouetur. Quare cum omnis motus exit⁹ atque remotio ſit eius quod motu cietur ea ratione qua motum ſubit,anima nimirum ex ſubſtātia dimouetur & exit,niſi ſeipſam per accidēs moueat at motus,vt inquiūt,ſubſtātię eſt ipſius per ſe. 44 ¶ Quidam autem aſſerūt animam id corpus in quo eſt eodem mouere modo quo & ipſa mouetur,vt Democritus qui quidē perinde atque Philippus Comicus dicit. ille nanque Dędalum ait: ligneam Venerē cōfeciſſe quę motu mouebatur argenti viui quod in illam infudit. Et Democritus pari modo pilas,indiuiſibiles ſecum trahere corpus totum,atq; mouere dicit,ex eo quia nunquam ipſæ quieſcunt ſuapte natura, deſinuntque moueri. Nos autem ipſum interrogabimus,ſi quietem etiam idipſum faciat vnquam. At quonam pacto quietem faciet: difficile eſt dictu, vel potius dici nō poteſt. Omnino autem anima nō ſic mouere videtur animal vt inquiunt ipſi, ſed electione quadā intellectioneve. 45 ¶ Eodē autē modo Timæus etiam,animā corpus mouere dicit. mouere enim ipſam ex eo cēſet atq; aſſerit corpus, quia mouetur:propterea quod ad ipſum cōnexa eſt. Ipſe enim dicit ex elementis eam cōſtitutam, numeriſq; diſtinctam ſonoris, vt inſitum ſonoritatis atque concentus habeat ſenſum. & vt vniuerſum feratur con-

ſonis lationibus,rectitudinem coegit atque flexit in circulũ & cum vnũ in duos diuiſiſſet circulos duobus in punctis coniunctos, rurſus vnum in ſeptem orbes diuiſit,quoniam lationes ipſius cœli, motiones ſunt animę quibus ipſa mouetur. 46 ¶Primum igitur non recte dicitur,animã magnitudinem eſſe.nam animã vniuerſi talem ipſe vult eſſe, qualis eſt ea quę mens & intellectus vocatur,non qualis eſt ſenſitiua,nec qualis eſt ea quę eſt principium cupiendi,quippe cum,harum motus non ſit, vt patet, conuerſio. 47 ¶Intellectus autẽ,vnus eſt & cõtinuus, perinde ac intellectio. Intellectio vero, eſt ipſius intellectus cõceptus. Sed hi, nimirum vnum hoc ſunt quod alius deinceps poſt alium eſt,vti numerus ſed non vti magnitudo. Quocirca nec intellectus hoc pacto cõtinuus eſt,ſed aut partibꝰ penitus vacat,aut non eſt vt magnitudo continuus. Atque ſi magnitudo ſit, quonam pacto quacunque ſuarum intelliget partium,ſiue illæ ſint magnitudines, ſiue etiam puncta,ſi hęc quoque partes appellare oporteat? Nam ſi puncto,puncta vero ſunt infinita,nunquam pertranſibit,vt patet. Sin magnitudine,ſæpius, vel infinities idem intelliget. At,videtur & ſemel intelligere poſſe. Quod ſi ſat eſt quauis partium tãgere,quid oportet aut orbe verſari,aut omnino magnitudinem ipſum habere? 48 ¶Quod ſi neceſſe eſt ipſum intelligere toto tangentẽ circulo, quis eſt ipſarũ partiũ tactus? Præterea,quonam pacto vel impartibili partibile,vel impartibile partibili ipſe intelliget? Neceſſe eſt autem,intellectum eſſe circulum hunc. intellectus nanque motus, intellectio eſt,circuli vero con=

uerſio. Si igitur intellectio conuerſio eſt, & circulus is intellectus erit profecto, cuius talis conuerſio intellectio eſt. Aliquid præterea ſemper intelliget. oportet enim ipſum, aliquid intelligere ſemper. quippe cum conuerſio ſit perennis atque perpetua. At conſtat: intellectionũ rerum earũ quæ cadunt ſub actionem, terminos eſſe ac fines. omnes enim, alicuius ſunt gratia. Contemplatiuæ quoque, rationibus idẽtidem terminantur, & rationum: aliam diffinitionem aliam demonſtrationem eſſe patet. Demonſtrationes autem, & ex principio ſunt, & finem habent quodammodo ratiocinationem aut concluſionẽ. Quod ſi non terminantur: at ſaltem non ad principium redeunt, ſed medium extremumque ſemper ſumentes recta proficiſcuntur. at conuerſio: rurſus, vt patet, ad principium redit atque reflectitur. Diffinitiones etiam, finitę ſunt omnes ac terminatæ. Pręterea, ſi ſæpius eadem conuerſio fiat: idem ſæpius intelligere oportebit. Pręterea: intellectio quieti magis & ſtatui quam motui ſimilis eſſe videtur. eodẽ modo, & ipſa etiam ratiocinatio. 49 ℂ Atqui neq; beatũ id eſt; quod non eſt facile ſed violentum vt patet. Quod ſi motus non ſit ipſius ſubſtantię, præter naturam ſane mouebitur. Laborioſum eſt etiam coniunctum eſſe cum corpore, neq; abſolui ab eo poſſe, & inſuper maximopere fugiendum. quippe cum melius ſit intellectui non eſſe cum corpore: quemadmodum & dici ſolet, & complures plane conſentiunt. 50 ℂ Cauſa pręterea qua cœlũ conuertitur, non videtur ex dictis illis emergere. Neque enim animę ſubſtantia, cauſa eſt conuerſionis; ſed per accidens hoc modo moue-

tur.neq; etiã corpus, ſed anima corpori potius cauſa eſt motionis. At vero neque dicitur ita melius eſſe: & tamen oportebat ideo deum animam orbe verſari facere,quia melius eſt ipſi moueri quam ſtare, & hocpacto moueri quam alio modo. 51 ℂ Verũ enim cum huiuſcemodi conſideratio magis alijs accommodetur ſermonibus,eam nunc omittamus. Illud autem abſurdum euenire videtur:tam huic ſentẽtiæ,quam etiam compluribus alijs quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt quidẽ animam cum corpore,ponuntque ipſam in eo:& tamẽ nihil prorſus determinant quã ob cauſam,& quomodo ſeſe habẽte corpore. quod tamen neceſſarium eſſe videtur.

52 ℂ Nam ob propinquitatem:hoc quidem agit,illud patitur.& hoc rurſus mouetur, illud autem mouet.quorum,nihil ſane quibuſuis inter ſeſe cõpetit.

53 ℂ At illi dicere quidẽ quale quid ſit ipſa anima enituntur:de ſuſceptiuo vero corpore nihil penitus dicũt atq; determinant.perinde quaſi fieri poſſit, vt quęuis anima ſine vllo diſcrimine quoduis corpus ingrediatur:vt Pythagoricorũ fabulę dicũt. animatis enim cuiuſque,propriã ſpeciem habere formamque videtur. Perinde igitur dicunt, atque ſi quiſpiam artem fabrilẽ fiſtulas ingredi dicat. etenim ars quidem inſtrumentis:anima vero,corpore vtatur oportet.

Caput IIII.

54 EST autem & alia quędã opinio de anima tradita, probabilis quidẽ cõpluribus & nullã earũ inferior quę de ipſa dicuntur,reprobata tamẽ & hiſce rationibus quæ in communibus ſermonibus fiunt. Animam enim,harmoniam quandã

inquiunt eſſe,harmoniam nanq; temperationem eſſe compoſitionémque contrariorũ dicunt, & corpus ex contrarijs compoſitũ eſſe. 55 ℭ Verumenim harmonia quidem, ratio quædam eorum eſt quæ ſunt permiſta, vel etiam compoſitio. anima autem, neutrum iſtorum eſſe poteſt, vt patet. Præterea harmoniæ nõ eſt mouere, animæ autem id omnes maxime tribuunt. 56 ℭ Accommodatius autem harmonia de ſanitate atq; omnino de virtutibus corporis, quã de anima dici poteſt. atque manifeſtiſſimum id erit profecto, ſi quiſpiam operationes atque affectus animæ in aliquam harmoniã reducere enitatur. accommodare nanque. perdifficile eſt. 57 ℭ Præterea in duo reſpicientes, harmoniam dicere conſueuimus, & proprijſſime quidẽ earum magnitudinũ cõpoſitionem quæ motum habent poſitionemve, cum adeo ſunt coniunctę vt nihil eiuſdem generis inter ſeſe ſuſcipere poſſint. hinc autem, & rerum rationẽ miſtarum. At neutro profecto modo conſentaneum eſt rationi, harmoniam animam appellare. Neq; partium corporis compoſitio, facilis eſt admodũ inquiſitionis. complures nanque compoſitiones ſunt, vt patet, & varię, partium. Cuius igitur aut quonam pacto intellectum aut etiam ſenſitiuum aut appetitiuum, cõpoſitionem eſſe putare oportet? 58 ℭ Similiter abſurdum eſt ſane, miſtionis quoque rationem animã eſſe putare. nõ enim elementorum miſtio rationem habet eandem, in carne & oſſe cæteriſque corporis partibus. Fiet igitur vt complures habeat animas per totúmque corpus, ſi partes quidem vniuerſę corporis ex elementis cõſtent permiſtis, ratio vero miſtio-

nis harmonia ſit vt inquiunt, animaq;. 59 ¶ Id etiã quiſpiam & ab Empedocle non iniuria petet. vnam quanq; nanque partium, aliqua ratione dicit eſſe cõfectam. Vtrũ igitur ratio ipſa ſit anima, an potius ſit aliquid aliud anima & ipſis membris adueniat? Preterea vtrum cuiuſuis miſtionis ſine vllo diſcrimine cauſa ſit ipſa concordia, an eius quæ ratione conficitur? Et hęc vtrũ ſit ipſa anima, an aliquid diuerſum à ratione? 60 ¶ Hęc igitur, tales dubitationes habere videntur. Verũ ſi anima diuerſum à miſtione ſit, vti diximus, cur vna cum ratione carnis & cęterarũ etiã animalis partium tollitur? Inſuper ſi non vnaquæq; partium animã habeat, ſi non ſit anima ratio miſtionis, quid eſt quod decedente corrumpitur anima? 61 ¶ Ex his igitur quæ dicta ſunt, patet animã nec harmoniã eſſe poſſe, nec orbe verſari, per accidẽs tamen (vt diximus) moueri poteſt, & ſeipſam mouere. mouetur nanque corpus in quo eſt, mouetur autem vt patet ab anima. alio vero modo fieri nequit, vt ipſa mouetur motu ad locũ accõmodato. 62 ¶ At enim rectius de hac ipſa quiſpiam ad talia reſpiciens dubitabit, putabitque ipſam moueri. Dolere nanque dicimus animam, gaudere, confidere, timere, inſuper iraſci, ſentire, ratiocinari, quæ quidem omnia motus eſſe videntur. Quapropter, ipſam quiſpiã exiſtimabit moueri. 63 ¶ Verum, id non neceſſariũ eſt. nã etſi quam maxime dolere vel gaudere, vel ratiocinari motus ſunt, vel potius moueri, tamẽ ipſum moueri ab anima eſt. Iraſci nãque aut timere, eſt hoc modo moueri cor. ratiocinari autem, aut tale forſitã eſt, aut etiam aliud. Atque quædam iſtorum fiunt cum

aliqua latione mouentur: quędã cum aliqua alterantur. quænam vero ſint illa, & quomodo fiant: alia ratio eſt. 64 ¶ Dicere autem animã iraſci vel timere: ſimile eſt atque ſi quiſpiam animam texere dicat vel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere: non animam, ſed hominem anima miſereri, vel diſcere, vel ratiocinari. idque non, quia motus in illa ſit: ſed quia nonnunquam quidem vſque ad illam, nonnunquam vero ab illa, veluti ſenſus quidem, ex hiſce, recordatio autem, ab illa ad eos motus vel ſtatus qui ſunt in ipſorum ſenſuum inſtrumentis. 65 ¶ Intellectus autem, aduenire videtur, & ſubſtantia quędã eſſe, ac non corrũpi. Nam ab ea maxime quæ in ſenectute fit obfuſcatione, corrumperetur, nunc autem perinde fit atque in ſenſuum inſtrumentis. etenim ſi ſenex talem acciperet oculum, videret ſicut & iuuenis. Quare ſenectus non eſt quia anima quicquam eſt paſſa, ſed quia id in quo eſt aliquid paſſum eſt, quemadmodum in ebrietatibus & morbis fieri ſolet. 66 ¶ Et ipſum igitur intelligere ac cõteplari marceſcit, quia aliud quoddã intus corrumpitur. ipſum autem, paſſione vacat. Ratiocinari vero & amare, aut odiſſe, non ſunt illius affectus, ſed huiuſce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto, nec recordatur, nec amat, nõ enim erãt illius: ſed ipſius communis, quod quidem perijt. Intellectus autem, diuinũ quid eſt fortaſſe, paſſioneque vacat. Eſſe igitur impoſſibile moueri animam, perſpicuũ iam ex dictis euaſit, quod ſi omnino nõ motu cietur, patet nec à ſeipſa motu cieri. 67 ¶ Atqui numerum animã eſſe dicere ſeipſum motu ciẽtem:

multo longius quam ea quę dicta ſunt, à ratione diſtare videtur. Nam ijs qui id aſſerunt, ea primũ impoſſibilia quæ emergũt ex motu, deinde ꝓpria quędam ex eo quia dicũt ipſam numerum eſſe eueniũt. Quo nanq; modo vnitatẽ moueri intelligere oportet, & à quo, & quonã pacto: cum impartibilis ſit, & nullam habet differentiam? ſi enim motiua ſit atque mobilis, diuerſam eſſe oportet. 68 ¶ Præterea cũ lineam quidem motione ſuperficiem facere dicant, punctum autẽ lineam: vnitatum etiam motus erunt continuo lineæ. punctum enim, vnitas eſt poſitionem habens. atque numerus animæ, iam alicubi eſt, poſitionemque habet. Præterea ſi quis à numero numerum vel vnitatem abſtulerit, alius relinquitur numerus. atqui plantæ multaque animalium, viuunt diuiſa, & eandem animam ſpecie videntur habere. 69 ¶ Atque nihil referre videbitur, vnitates dicantur an corpuſcula parua Etenim ſi puncta fiãt ex Democriti pilulis, modo maneat quãtitas, erit in ipſis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur, ſicut in magnitudine. non enim quia magnitudine differunt aut paruitate, id quod dictum eſt accidit, ſed quia ſubeunt quantitatem. Quocirca neceſſe eſt aliquid eſſe, quod ipſas vnitates mouebit. quod ſi id quod in animali mouet, anima eſt, & id quod in numero mouet, anima eſt. Quare, anima non eſt id quod mouet atque mouetur, ſed id quod mouet duntaxat. 70 ¶ At vero qui fieri poteſt, vt hæc, vnitas ſit? oportet enim, ipſius ad cæteras aliquam differentiam eſſe at vnici puncti, quænam præter poſitionem, eſſe differentia poteſt? Si

igitur vnitates punctave quę ſunt in corpore, diuerſa ſunt ab vnitatibus animę atque punctis. erũt ipſę vnitates in eodẽ profecto loco. punctũ enim animę, locũ occupabit pũcti corporis. Atqui quid obſtabit ac prohibebit, vt ſi duo puncta ſunt ſimul in eodẽ loco, & plura ſint duobus ac infinita? quorũ enim loc⁹ indiuiſibilis eſt, & ipſa indiuiſibilia ſunt. 71 ¶ Sin vero ea pũcta quę ſunt in corpore ſint ipſe numerus animę, vel ſi numerus qui ex punctis conſtat quæ ſunt in corpore ſit ipſa anima, cur non omnia corpora animam habent? nam in cunctis puncta eſſe videntur, & etiam infinita. Inſuper, qui fieri poteſt vt ſeparentur ac abſoluãtur à corporibus ipſa puncta? ſiquidem, lineæ non diuiduntur in puncta.

Caput V.

72 Fit autem vti diximus, vt partim idem ij dicant quod illi qui corpus quoddam ſubtilium partium animam eſſe dixerunt, partim proprium ipſos comitetur abſurdum, corpus ab anima perinde moueri atque Democritus aſſerebat. Nam cum anima ſit in omni corpore ſentiente, neceſſe eſt in eodem duo corpora eſſe, ſi anima corpus aliquod eſſe ponatur. Et horum etiam ſententia qui animam numerum eſſe cẽſent, fit: vt in vno puncto multa ſint pũcta, aut omne corpus habeat animam ſi non numerus quiſquã alius atque diuerſus à punctis ipſius corporis ſuperueniat. 73 ¶ Fit etiam, vt animal à numero perinde moueatur, atq; Democritum diximus idipſum moueri cenſere. Quid enim intereſt: paruę pilę dicantur, an vnitates magnæ vel vnitates omnino quę agitantur motu? vtroque nam-

que modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere animal, quia ipſæ motu cientur. 74 ¶ His igitur qui motũ ac numerum in aſſignanda anima cõiunxerunt, hæc quæ dicta ſunt abſurda, & alia huiuſcemodi multa eueniunt. eſt enim impoſſibile nõ ſolum diffinitionẽ animæ talem eſſe, ſed etiam accidẽs. Quod quidem patet, ſi quis ex hac ratione operationes atq; affectus animæ conabitur aſſignare, cogitationes inquã, ſenſus, voluptates, dolores, & cætera iſtiuſmodi. nam vt prius diximus, neque vaticinari ex ipſis facile poſſumus. 75 ¶ Tribus autem traditis modis quibus antiqui diffiniunt animam, duos iam reprobauimus, & quas habet vtraq; ſententia dubitationes cõtrarietateſque penè diximus, & ea inquã quę maxime motiuum ipſam eſſe ex eo ponit quia ſeipſam mouet, & ea quæ corpus ipſam ſubtiliſſimarum partium aut magis quam cætera incorporeum eſſe cenſet. ¶ Reſtat igitur tertius modus atque ſententia, quæ ipſam aſſerit ex elementis cõſtare, quam quidem deinceps cõſideremus oportet. Atq; patet ob hoc ex elementis animam conſtare quoſdã dixiſſe, vt ſentiat ea quę ſunt, & rerum vnamquãque cognoſcat. 76 ¶ At hãc ſententiam multa profecto comitantur abſurda, atq; eorum quamplurima quæ fieri nequeunt. aſſerunt enim ſimile cognoſcere ſimile, quaſi animas res ipſas eſſe ponentes. Verum non elementa ſunt ſolum, vt patet: ſed præterea multa ſunt etiam alia. quin potius infinita fortaſſe numero, quæ conſtant ex ipſis ac componuntur. 77 ¶ Sit igitur ea cognoſcere ſentireq; animã ex quibus illorum vnũquodq; componitur, at totũ ipſum cõpoſitum quo cognoſcet quæ-

ſo vel ſentiet, vt quid ſit deus, vel homo, vel os, vel caro, & cęterorum compoſitorum vnũquodq; ſimiliter? nõ enim vnumquodq; iſtorum eſt ipſa elementa, quouis ſeſe habentia modo ſine vllo diſcrimine: ſed ex ipſis vnumquodq; conficitur ratione quadam compoſitioneve, quẽadmodum & Empedocles os ex elemẽtis conſtare cenſet. dicit enim. Cœperat ante duas tellus iuſtiſſima vaſis, Aeris ac fontis partes, Vulcanus & ipſe Quatuor ex octo adiunxit: quis cãdida, magna. Vis fœcundaq; naturę, confecerat oſſa. Nil igitur elemẽta proſunt, ſi ſint in anima, niſi rationes etiam inſint & compoſitio. vnumquodq; enim cognoſcet ſimile, os autem aut hominem non cognoſcet profecto, niſi ipſa etiam inſint. hoc autem, non opus eſt vnum eorum eſſe dicere quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget vnquam: ſi lapis vel homo vel equus inſit in anima, & bonũ ſimiliter & non bonum, & de cæteris idẽtidem rebus? 78 ¶ Pręterea cum id quod eſt, multipliciter dici ſoleat (quoddã enim ſubſtantiam: quoddam quantitatem, aut qualitatem, aut aliquod aliud enumeratorum iam prędicamentorum ſignificat) vtrum ex vniuerſis, an nõ ex vniuerſis anima cõſtet? At non videntur communia omnium eſſe elementa. Ex hiſce ne igitur ſolis conſtat: quę ſubſtantiarũ ſunt elementa? At quonam pacto cæterorum etiam vnumquodq; cognoſcit? An dicẽt vniuſcuiuſq; generis elemẽta propria atq; principia eſſe, ex quibus anima conſtat? Erit igitur ipſa: & quantitas, & qualitas, & ſubſtantia. At fieri nequit: vt ex quantitatis elementis ſubſtantia ſit, non quantitas. Eos igitur qui cenſent animã ex vniuerſis con=

ſtare, hæc & huiuſcemodi alia comitātur. 79 ¶ Abſurdum eſt etiam, ſimile quidem a ſimili non pati dicere: ſimile vero ſentire ſimile, ſimileque cognoſcere ſimile putare atq; aſſerere. deinde ſentire: pati quoddam eſſe moueriq; ponere. & intelligere ſimiliter & cognoſcere. Atqui multas dubitationes ac difficultates Empedocles habere ſentētiam, corporeis inquā elementis & ſibi ſimilibus cognoſci res ſingulas, teſtatur id quod experientia late patet. Partium enim animalium corporum eæ quæ ſunt ſimpliciter terrę, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur. quare neque ſimilia ſibi. at oportebat tamen. 80 ¶ Præterea: cuique principiorum maior ignoratio quam cognitio inerit nimirum. Vnumquodque enim cognoſcet vnum: multa autem ignorabit. cætera nāque omnia. Fit etiam Empedoclis eadem ſententia, vt deus ſit amantiſſimus, quippe cum ipſe ſolus vnum elementorum non cōpræhēdat, ipſam diſcordiam inquam, mortalia vero cuncta cognoſcant, cum ex vniuerſis ſingula conſtant. 81 ¶ Præterea dicat oportet omnino. quam ob cauſam non habent animam omnia: cum omne quod eſt, aut ſit elementū, aut ex elemento vno, vel pluribus, vel omnibus cōſtet. neceſſe eſt enim omne quod eſt, aut vnum quid, aut quædam aut vniuerſa cognoſcere. 82 ¶ Dubitabit etiam non iniuria quiſpiam, quidnam id ſit quod ipſa continet atq; vnit elementa nanq;, materiei ſimilia ſunt. Atq; præſtabiliſſimum id eſſe patet, quod continet, quicquid id tandem ſit. at nequit eſſe quicquam, præſtabilius anima, quod quidē dominetur. & magis etiam intellectu. maxime enim rationi conſonum eſt, hunc

omnia præceſſiſſe, & præſtantiſſimum omniũ & natura dominum eſſe. illi autem, elementa, ea quę ſunt præcedere cenſent. 83 ¶ At enim nemo prorſus de omni anima dixit, nec eorum qui cenſent ipſam ex elementis ideo conſtare quia ſentit cognoſcítque ea quę ſunt, nec etiam eorum qui maxime motiuum ipſam aſſerunt eſſe. nõ enim omnia mouẽtur, quę ſentiunt. ſunt enim animalia nõnulla quę non mouẽtur loco, & tamen hoc ſolo motu anima videtur animal agitare. Similiter & eorum qui tam ſenſitiuũ quam intellectiuũ ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. viuere nanque videntur plantæ, at expertes ſunt tamen & lationis & ſenſus. animalium quoque cõplura ſunt, quæ mente rationéq; vacant. 84 ¶ Quod ſi quis & hæc illis conceſſerit, intellectúmque partem eſſe poſuerit animę & identidem ſenſitiuum, neq; ſic de omni anima, neque de vlla toti dicere videbuntur. In hoc eodem errore videtur eſſe & ea ſententia, quæ carminibus Orphicis fertur dicit enim Orpheus, animam ferri ventis, & ex toto ingredi reſpiratione. Id autem nequit ipſis accidere plantis, neque quibuſdam itidem animalium. quippe cum, haud vniuerſa reſpirent. quod quidem eos pręterijt, qui ita de anima cenſuere. 85 ¶ At vero ſi conficere animã ex elemẽtis oporteat, non ex vniuerſis continuo conficienda eſſe videtur. altera nanque pars contrarietatis: ſufficiens eſt ſeipſam oppoſitámque diſcernere. recto enim, & ipſum rectum vt patet, & obliquum cognoſcimus. regula nanque: iudex eſt vtriuſque. at obliquum: nec ſui plane, nec recti. 86 ¶ Sunt & qui in toto vniuerſo permiſtam

ipſam inquiunt eſſe. Quocirca forſitan & Thales: omnia plena deorum eſſe putauit. Hoc autem, dubitationes habet nonnullas. Quã enim ob cauſam anima in aere quidē vel igne ſi ineſt non facit animal, in miſtis autem facit: pręſertim cum in illis videatur eſſe pręſtantior? Quæret etiã quiſpiam: quã ob cauſam anima ea quæ eſt in aere, præſtabilior eſt ac immortalior ea quę in animalibus ineſt? 87 ¶ Vtrobique autē: emergit quoddã abſurdũ & rationis egrediēs metas, nam ignem aut aerem, animal eſſe dicere: rationis egreditur fines, & aſſerere rurſus animalia nō eſſe: ſi inſit in ipſis anima: perabſurdũ eſt ſane.

88 ¶ Videntur autē ideo putaſſe in his animã eſſe, quia totum & partes eiuſdē ſunt ſpeciei. Quare neceſſe eſt ipſos, & animã & partes eiuſdē eſſe dicere ſpeciei, ſi animalia ex eo fiunt animantia, quia in ipſis aliqua pars continētis recipitur. Quod ſi aer quidam diſcerptus eiuſdē eſt ſpeciei, anima autē eſt diſſimilium partium: patet aliã ipſius partē ineſſe, aliã non ineſſe. Neceſſe eſt igitur ipſam, aut ſimiliũ eſſe partium, aut non in quacunque totius ineſſe parte. Patet igitur ex dictis, neque cognitionem ex eo cōpetere animæ quia conſtet ex elemētis, neque recte vereque dici motũ eidē ineſſe. ¶ At quoniã cognoſcere, ſentire, opinari, inſuper cupere, deliberare, & omnino appetitiones, ipſius animę ſunt, motus etiã animaliũ loco ab anima fit, & inſuper accretio status atq; decretio, quęret vtique quiſpiã vtrũ horum vnũquodque toti animę competat, & nos intelligamus & ſentiamus & moueamur cæterorũque vnũquodque agamus patiamurq; tota, an aliis alia par=

tibus? Ipſum præterea viuere: vtrum in horum ali=
quo vno, an in pluribus, an in omnibus conſiſtat, an
ſit eius alia quædam etiam cauſa? 90 ¶ Atque ſunt
qui dicunt ipſam eſſe partibilem, noſq; alia eius par=
te intelligere, alia cupere cenſent. Quid igitur ipſam
continet animam, ſi partibilis ſit? non corpus, quippe
cum, contra potius videatur corpus anima contine=
re. Quapropter & egreſſa, diſſoluitur corpus atq; pu=
treſcit. 91 ¶ Si igitur aliquid aliud ipſam contineat,
vnamque faciat, illud erit potiſſimum anima. At
oportebit de illo etiã quærere, vtrum vnum, an mul=
tarum ſit partium? Atque ſi ſit vnum, cur & animam
continuo non dicimus vnũ eſſe? Sin partibile, rurſus
ratio quæret quidnam ſit illud quod illud etiã conti=
net? atq; hoc pacto fiet in infinitũ abitio. 92 ¶ Du=
bitabit etiam quiſpiam de partibus eius, quam vna=
quæque potentiam in corpore habeat. Nam ſi ani=
ma tota totum contineat corpus, oportet & vnam=
quamque etiam partem, aliquam partem corporis
continere. Id autem eſſe non poſſe videtur. quam
enim partium corporis intellectus, aut quo contine=
bit pacto fingere quoque difficillimum eſt. 93 ¶ Vi=
demus autem & plantas diuiſas viuere, & animaliũ
inſectorum nonnulla, vtpote animã & ſi non nume=
ro tamen ſpecie eandem habentia. Itaque partium
vtraque, & ſenſum habet, & per aliquod tempus lo=
co mouetur. 94 ¶ Nec abſurdum eſt, ſi non per=
durant. inſtrumenta nanque non habent vt naturam
conſeruent, ſed nihilo minus omnes in vtraque par=
tium inſunt, animæ partes. Atque animæ partes ea=
dem ſub ſpecie collocantur, & etiã tota. ille quidem,

quia nõ ſeparabiles ſunt: tota autem anima, quia indiuiſibilis eſt. 95 ℂ Videtur autem & id principiũ quod ineſt in plantis, anima quædam eſſe. hęc enim ſola, communis eſt & plantis & animalibus. Atque hæc quidem: à ſentiendi principio ſeparatur. ſine autem ipſa: nihil eſt prorſus quod habeat ſenſum.

ℂ Primi libri de anima Ariſtotelis, interprete Ioanne Argyropylo: finis.

ℂ ARISTOTELIS DE ANIMA LIber ſecundus, ad Coſmam Medicen, interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Caput I.

Dictis hiſce quæ à maioribus de anima nobis tradita ſunt: redeamus rurſus oportet atque enitamur velut ab initio determinare quid anima ſit, & quęnam ſit eius communis maxime ratio. 2 ℂ Dicimus itaq; genus vnũ quoddam eorum quæ ſunt, ipſam ſubſtantiã eſſe. atque huius aliud vt materiã quod quidem per ſe nõ eſt hoc aliquid, aliud formã & ſpeciẽ qua quidem iam hoc aliquid dicitur, & tertium id quod ex iſtis conſtat atque componitur. Eſt autẽ materia quidẽ, potentia, forma vero actus atque perfectio, quæ quidẽ bifariam dicitur. quędã enim eſt vt ſcientia, quędã vt cõtẽplatio. 3 ℂ Maxime autem corpora videtur eſſe ſubſtantię, & ipſorum ea magis quæ naturalia ſunt. hæc enim, cæterorũ principia ſunt. Naturaliũ vero corporum, quędã habent vitã, quædã non habẽt ſed ea vacant. Vitam autẽ dicimus, nutritionẽ, accretionẽ, atq;

decretionem, quæ quidē per idipſum fit quod viuere dicitur. Quare corpus omne naturale particeps vitę, ſubſtātia eſt, & ita ſubſtantia vt cōpoſita. 4 ❡ Atq; cum tale etiā ſit corpus, id eſt habēs vitā: corpus ꝑfecto nō erit anima, corpus nāq; nō ſubit rationē eorum quæ ſunt in ſubiecto: ſed vt ſubiectū potius eſt & materies. Neceſſe eſt igitur animā: ſubſtantiā eſſe perinde atq; formā corporis naturalis potentia vitā habentis. ſubſtātia vero, actus eſt & perfectio. talis igitur corporis, eſt perfectio atq; actus. 5 ❡ Sed cū perfectio atq; actus bifariā dicatur, vt diximus (quidam enim eſt vt ſciētia, quidā vt cōtemplatio) patet animā actū eſſe perinde atq; ſcientiā. Nā ex eo quia anima eſt, & ſomnus eſt & vigilia. atq; vigilia quidē, contēplationi, ſomnus autē ſciētię operatione vacāti ſimilis eſt. 6 ❡ Altera autē alterā in eodē, ſcientia inquā contēplationē: generatione, pręcedit. ❡ Quapropter anima, primus eſt actus perfectioq; corporis naturalis potētia vitā habētis, & talis plane, vt partes ipſius ſint inſtrumenta. Enimuero partes quoq; plantarū, inſtrumēta ſine cōtrouerſia ſunt: quāuis videantur penitus ſimplices eſſe. eius enim quod circa fructū eſt, tegmē eſt foliū, & fructus etiā, illud, radices pręterea, vicē ſubeunt oris. vtriſq; nāq;, trahitur alimētū. 7 ❡ Si igitur cōmune quid de omni anima ſit dicēdū: ipſa perfectio prima primuſq; act⁹ eſt corporis naturalis, cuius partes ſunt inſtrumēta. Idcirco non quęrere oportet, ſi vnū ſit anima atq; corpus: ſicut neq; cerā & figurā, neq; omnino materiem cuiuſque & id cuius materies eſt. nā cū vnū & eſſe multifariā dicatur; actus eſt id quod ꝓprie vnū eſt,

atq; proprie eſt. 8 ¶ Vniuerſaliter igitur diximus, quidnā anima ſit. Eſt enim, ea ſubſtantia quæ eſt vt ratio. hæc autē eſt, quiditas corporis talis. & perinde ſane, atq; ſi quod inſtrumētorū artis naturale corpus eſſet, ceu ſecuris. eius nāq; ſubſtātia, ipſius eſſet vt patet ſecuris ratio: idque eſſet anima, qua ſeparata non eſſet vlterius vt patet ſecuris, niſi nomine tātū. at nūc eſt ſecuris. nō enim talis corporis ſubſtantia ratioq; eſt ipſa anima: ſed naturalis vt diximus talis, quod in ſe mot⁹ ſtatuſve principiū inſitū habet. 9 ¶ Atq; id quod dictū eſt, in partibus etiā inſpicere licet. nā ſi oculus eſſet animal, eius anima viſus ipſe nimirū eſſet. hic eſt enim, vt patet: oculi ſubſtantia quæ ſeſe habet vt ratio. oculus autē, eſt materies viſus. qui cū defecerit: nō vlterius erit oculus, niſi nomine tantū, & perinde atq; lapideus vel etiā pict⁹. Id igitur quod de parte dictū eſt, ad totū corpus viuēs accōmodare oportet. eſt enim hic ꝑfecto, rationū ſimilitudo. nā vt pars ſeſe habet ad partē, ſic tot⁹ ſenſus ad totū ſenſitiuū corpus vt talis eſt rationis. 10 ¶ Nō eſt autē id potentia viuēs, quod abiecit animā, eaque vacat: ſed id quod ipſam habet. Semen vero fructuſve, id nimirū eſt, quod poteſt tale corpus euadere. Vt igitur inciſio viſioq;, ſic eſt vigilia actus. & vt viſus rurſus inſtrumentiq; vis, ſic eſt, anima actus. corpus autem, eſt id quod, vt diximus, eſt potētia viuens. verū vt pupilla viſuſq;, oculus eſt: ſic anima & corpus, eſt animal. 11 ¶ Animā igitur non ſeparabilē eſſe à corpore, vel partes ipſius nōnullas ſi partibilis ſit, nō obſcurū eſſe videtur. corporis nāq; partiū patet aliquas animę partiū actū eſſe. nihil tamē vetat, vt ali-

que partium ſint ſeparabiles animę, propterea quod corporis nullius ſint actus. At obſcurum eſt, necdum patet: ſi perinde corporis anima ſit actus, vt gubernator actus eſt nauis. Hoc igitur pacto vniuerſaliter de anima determinatum deſcriptumve ſit.

Cap. II.

12 At enim cum ex obſcuris quidē, magis autē
manifeſtis fiat id notū, quod eſt dilucidū ac
notius ratione. enitēdū eſt rurſus hoc pacto
de ipſa anima pertractare. Rationē enim diffinitiuā
non ſolū eſſe ſignificare, vt cōplures dicere diffinitio-
nes videntur, ſed etiā in ipſa cauſam ineſſe ac appare-
re oportet. Nunc autē diffinitionū cōplures, vt con-
cluſiones eſſe videtur. veluti quid eſt quadratio con-
fectio figurę laterum æqualiū, angulorūq; rectorum
æqualis altera ex parte lōgiori figurę. atque diffinitio
talis, cōcluſionis occupat locū. At ea quę quadratio-
nem, inuentionē eſſe medię dicit, ipſius rei profecto
cauſam, vt patet, aſſignat. 13 ¶ Dicamꝰ igitur, hinc
conſiderationis initio ſumpto: animatū ab inanima-
to vita ſeiungi. Atque cum multifariā viuere dicatur:
etiā ſi vnū tantū iſtorū inſit, viuere illud dicimus cui
ineſt. vt intellectus, ſenſus, motꝰ loco ac ſtatus, & in-
ſuper motio nutrimento accōmodata, & accretio de-
cretiove. 14 ¶ Quapropter, & vniuerſę plantę vi-
dentur viuere. quippe cū videātur in ſeipſis vim ha-
bere talē atq; principiū: quo, ad cōtraria loca tā incre-
menta q̄ decremēta ſuſcipiunt. nō enim ſurſum qui-
dem accreſcunt, deorſum autem nō accreſcūt, ſed ad
vtrāq; ſimiliter differētiā & omni ex parte ſemperq;
nutriūtur, & eouſque viuū quouſque poſſunt alimē-

tum accipere. 15 ¶ Atque hæc quidē vis à cæteris ſeiungi ſeparariq; poteſt,cæteræ autē in ipſis mortalibus,ab iſta nequeūt ſeparari. Quod quidē, in ipſis perſpicitur plātis. nulla enim prorſus in ipſis, vt patet,alia pręter hāc:animę potētia atq; officiū ineſt. Viuere igitur,ob hoc principium viuentibus competit. 16 ¶ Animal aūt eſt,ob ſenſum primo.nā & ea quę non cietur motu,nec mutāt locū, ſenſum autē habēt non ſolū viuere dicimus,ſed etiā animalia nūcupare ſolemus. 17 ¶ At vero ex ſenſibus, tactus primo cūctis animalib⁹ ineſt. Atq; vt vegetatiuū a tactu ſenſuq; omni,ſic a cæteris tactus ſeparari ſenſib⁹ poteſt. Eā autē partē animę,vegetatiuā dicimus eſſe, cuius & plātę participes ſunt. Animalia vero cūcta, ipſam vim habere ſentiēdi tactu videntur. 18 ¶ Atq; quā ob cauſam iſtorū vtrūq; ſit,poſtea dicemus ac explanabim⁹.nūc eouſq; tātū dicatur,animā inquā principiū eſſe eorū quę dicta ſunt,& his eſſe diffinitā,vegetatiuo,ſenſitiuo,intellectiuo,etiā motu. 19 ¶ Quęrendū aūt eſt,vtrū horū vnūquodq; ſit anima, an animę pars,& ſi pars vtrū hoc pacto vt ſit ſeparabile ratione ſolū,an etiā loco.atq; de nōnullis quidē iſtorū videre diſcernereq; facile poſſumus,nōnulla autē dubitationē habēt. 20 ¶ Nā vt plantę nōnullę diuiſę ſeiūctęq; videtur viuere,propterea quod anima quę eſt in iſtis,actu quidē in vnaquaq; plāta eſt vna,potētia vero plures,ſic & circa alias videmus animę differētias fieri,cū incidūtur animantiū ea quæ inſecta vocamus,vtraq; nāq; partiū,& ſenſum habet,& motu loco cietur. Qꝫ ſi ſenſum habet,& imaginationē& appetitū etiā habet.vbi nāq; eſt ſenſus,ibi dolor etiā

exiſtit atq; voluptas. at vbi ſunt hęc, ibi neceſſario cupiditas etiã ineſt. 21 ¶ De intellectu vero cõtẽplatiuaq; potẽtia, nõdũ quicquã eſt manifeſtũ, ſed videtur hoc animę genus eſſe diuerſum, idq; ſolũ perinde atq; perpetuũ ab eo quod occidit, ſeiũgi ſeparariq; poteſt. 22 ¶ Cęteras autẽ animę partes, ſeparabiles quidẽ nõ eſſe, vt quidã aſſeruerũt, ex ijs quæ diximus patet. Ratione vero differre, nõ obſcurũ eſſe videtur. ſenſitiui nãq; ratio, diuerſa eſt a ratione principij opinãdi. ſiquidẽ, diuerſa ſunt ſentire ac opinari, & vnũquodq; dictorũ ſimiliter. 23 ¶ At vero quibuſdã animãtiũ cũctę partes, vt patet, inſunt, quibuſdã nõnullę. ſunt & quibus vna tantũ ineſſe videtur. atq; id ipſum, differentiã animãtiũ facit. quã autẽ ob cauſam ita fit, poſtea perſcrutabimur. Eadẽ, & circa ſenſus fieri ſane videmus. quędã enim omnes, quędam aliquos, quædã vnũ dũtaxat habere vidẽtur, tactum inquã ipſum, qui quidẽ eſt omniũ maxime neceſſarius. 24 ¶ Quoniã aũt id quo viuimus quoue ſentimus bifariã dicitur, perinde atq; id quo ſcimus, & id etiã quo ſani ſumus atq; valemus (quoddam enim ſcientiã, quoddã animã dicimus, quippe cum, vtroq; ſcire dicamus, & aliud ſanitatẽ, aliud partem corporis aliquam vel totũ dicimus corpus. atq; horum vtrũq; tam ſciẽtia q̃ ſanitas, forma quędã & ſpecies eſt & ratio & tanquã actus ſuſcipiẽtis, ſciẽtia quidẽ, ſciẽtis, ſanitas autẽ, ſani. actus enim agentiũ, in eo quod patitur atq; diſponitur ineſſe videtur. anima autem, id eſt, vt patet quo viuimus, & quo ſentimus, ac intelligimus primo) ipſa profecto ratio quędam erit & forma, ſed nõ vt materies atq; ſubiectũ.

25 ¶Nam cũ ſubſtãtia tripliciter dicatur vt dixim⁹ (quędã enim eſt forma, quędã materies, quædã id quod ex vtriſq; cõponitur. & materia quidẽ eſt, vt patet, potẽtia, forma autẽ, actus) cum igitur vt diximus ſubſtãtia dicatur trifariam, animanſq; id ſit quod ex vtriſq;, corpore inquã & anima cõſtat, corpus profecto nõ eſt actus animæ, ſed ipſa corporis alicuius eſt actus. 26 ¶Idcirco recte admodũ putant ij, quibus anima neque eſſe ſine corpore, neque corpus aliquod eſſe videtur. etenim ipſa, corpus quidem non eſt, eſt autẽ corporis aliquid. Et ineſt ob hoc in corpore, atq; in corpore tali, non in quouis ſine diſcrimine vllo, quẽadmodum veteres ad corpus ipſam accommodabant, nihil prorſus determinantes quodnam illud & quale ſit corpus, atq; nõ recte, vt patet. quippe cum non videatur quoduis ſine vllo diſcrimine, quodcũq; ſuſcipere. Hoc autem pacto, cũ ratione etiã fit ſane actus eñ yniuſcuiuſq;, in eo quod eſt potentia & in propria materia, ſuapte natura fieri eſſeq; ſolet. Animã igitur perfectionẽ quandã eius & actum ac rationem eſſe quod potentiam habet vt huiuſmodi ſit, ex hiſce quæ diximus innoteſcit.

Cap. III.

27 Animantiũ autẽ, quibuſdã omnes inſunt potẽtię dictę, quibuſdã nõnullę ſunt, & quibuſdam vna tantũ ineſſe videtur. Atq; potẽtias animę diximus has, nutritiuũ, ſenſitiuũ, appetitiuũ, loco motiuũ, atq; intellectiuũ. Et plãtis quidẽ, nutritiuũ eſt dũtaxat: alijs aũt & idipſum, & ſenſitiuũ. q; ſi ſenſitiuũ ineſt, & appetitiuũ etiã ineſt. nã appetit⁹, cupiditas eſt, & ira, atq; volũtas. Animalia vero cũcta,

vnū ex ſenſibꝰ habēt, tactū inquā ipſum. atq; cui ſenſus ineſt, ei voluptas etiā & dolor ineſt, & perceptio iocūdi atq; modeſti. quibus autē hæc inſunt, ea cupiditatē etiam habēt. hęc eſt enim, appetitio eius quod afficit voluptate. 28 ℂ Alimēti pręterea ſenſum habēt. tactus enim, ſenſus eſt alimēti. Nā ſiccis & humidis, & calidis atq; frigidis, aluntur viuētia cuncta. horum autē vt patet, ſenſus, eſt tactꝰ. cęteris vero ſenſibilibus, per accidēs nutriūtur. nihil enim cōducit ad alimentū ſonus vel color aut odor. Sapor autē, vnū quid eſt eorū quę tactu percipiuntur. At vero fames ſitiſve, cupiditas eſt, ſicci quidē & calidi, fames, frigidi vero & humidi, ſitis. at ſapor, horū quaſi quoddā eſt condimentū. 29 ℂ Verū hæc declarāda poſterius ſunt, nunc eouſq; ſit dictū, animātiū inquā hiſce quæ tactū habēt & appetitū ineſſe. De imaginatione vero nō patet, ſed de hoc poſtea cōſideremus oportet. Nō nullis inſuper & loco motiuū etiā ineſt, & alijs ratiocinatiuum ac intellectus, vt hominibus. & ſi quid ſit aliud tale vel etiā præſtabilius. 30 ℂ Perſpicuū igitur eſt, vnā animę rationē eſſe perinde atque figurę. neq; enim ibi figura vlla præter triangulū eſt, & eas quæ deinceps ſunt collocatę, neq; hic vlla pręter eas quas diximus. At vt in figuris vna cōmunis ratio fieri poteſt, quæ cunctis quidē figuris accōmodabitur, nullius autē erit figuræ propria ratio, ſic & in animabus dictis fieri poteſt. Quapropter ridiculū eſt, & in his & in cæteris rebus cōmunē quærere rationē, quę quidā nullius eorū quę ſunt erit propria ratio; nec in propria cuiquā accōmodabitur & indiuidua ſpecie, rationē eā omittētes diffinitionē ve quæ cuilibet hoc

pacto cõpetere accõmodariq; poteſt. 31 ❡ At vero quẽadmodũ in figuris, ſic & in anima fit. nã tam in figuris q̃ in animantibus: in eo quod deinceps eſt collocatũ, id ineſt potẽtia quod illo eſt prius, in quadrato nãq; triãgulus, & in ſenſitiuo vegetatiuũ ineſt, vt patet. Quapropter in ſingulis quęrẽdũ eſt quęnã ſit cuiuſq; anima, vt quęnã ſit anima plantę, quę beſtiæ, quæ denique hominis. Quã aũt ob cauſam deinceps ſic ſeſe habẽt, cõſiderare oportet. Sẽſitiuũ nãque, ſine vegetatiuo non eſt: at a ſenſitiuo, vegetatiuũ in plãtis ſeiũgitur. Rurſus ſine tactu, nullus cæterorũ ſenſuũ eſt. at ipſe tactus, ſine cæteris eſt. cõplura nãq; ſunt animaliũ, quæ neq; viſum, neq; auditũ, neq; ſenſum habẽt odoris. 32 ❡ Et eorũ rurſus quæ ſentiũt, quædã habẽt loco motiuũ, quædã nõ habent. extrema autẽ atq; minima, rationẽ habent & mentẽ. quibus enim mortaliũ ineſt ratio, his ſunt cõtinuo & cętera cũcta. at quibus vnũquodq; illorũ ineſt, hiſce nõ omnibus ineſt & ratio. ſed quędã, imaginatione vacant: quędã, hac ſola viuũt. De intellectu vero cõtẽplatiuo, alia ratio eſt. Quæ cũ ita ſint, patet horũ cuiuſq; rationem, animę maxime propriã rationẽ eſſe.

Cap. IIII.

33 Neceſſe eſt aũt eum qui de hiſce cõſiderationem facturus eſt, quidnã ſit vnũquodq; ipſorũ accipere, deniq; quęrere perſcrutariq; de hiſce quæ ſequũtur ac comitantur. Quod dicere oporteat quid vnũquodq; ipſorũ ſit, vt quid ſit intellectiuũ, vel ſenſitiuũ, vel nutritiuũ, antea dicendũ eſt quidnã ſit intelligere, quid ſentire nam operationes actioneſve, potentijs viribuſq; priores ſunt ratione.

¶ Quod ſi ita ſit, atque prius etiã obiecta q̃ iſta contẽplari oporteat, primũ profecto de illis propter eandẽ cauſam, vt de alimẽto, de ſenſibili, de intelligibili, determinare oportet. 34 ¶ Quare de alimẽto generationeve, primo dicendũ eſſe videtur. Nutritiua nãque anima, & cęteris ineſt, & prima eſt & maxime cõmunis animæ vis & potẽtia qua cũcta viuẽtia viuũt. Cuius ſunt operationes officiave: generare, nutrimẽtoq; vti, hæc enim operatio maxime omniũ operationũ viuẽtibus eſt naturalis, viuẽtibus inquam hiſce quæ ſunt perfecta nõ mẽbris capta, quæq; nõ ſine ſemine oriũtur: vnũquodq; inquã aliud ſibi ſimile procreare, animal, quidẽ animal, plantã autẽ plantam, vt ſint ſemper hoc pacto, cõditionẽq; ſubeãt quoad poſſunt diuinã. id enim ipſum appetũt vniuerſa, gratiaq; ipſius omnia agũt quæcũq; ſecundũ naturã agũt. 35 ¶ Duplex eſt autẽ id cauſa cuius cętera fiũt, atq; vnũ eſt quo, alterũ cui. Cũ igitur ſemper eſſe, cõditionẽq; diuinã ſubire cõtinuatione nequeãt animantia quia fieri nequit vt caducorũ atq; mortalium quicq̃ idem vnũq; numero ſemper permaneat: vt vnũquodq; poteſt, ſic ęternitatis cõditioniſq; diuinę particeps eſt aliud quidẽ magis, aliud autẽ minus, permanetq; nõ ipſum, ſed tale quale eſt ipſum, numero quidẽ nõ vnũ, ſpecie autẽ vnũ. 36 ¶ Eſt autẽ anima, corporis cauſa principiũq; viuẽtis. Atqui cũ multifariã hęc dicãtur, anima pari modo tribus determinatis modis cauſa eſt. Nã, eſt ea cauſa a qua profluit motus. eſt etiã: gratia cuius cętera fiũt. & inſuper, vt forma corporũ animatorũ ſubſtãtiave. 37 ¶ Atq; cauſam vt ſubſtantiã animãtiũ eſſe, nõ eſt obſcurũ. cauſam nãq; cũctis vt

ſint,formã ipſam atq; ſubſtantiã eſſe,patet. At viuere,viuentiũ eſt eſſe,cuius ſane cauſa eſt,vt cõſtat,atq; principiũ anima. Præterea actus eius quod eſt potentia,ratio eſt eiuſdẽ. at anima,viuẽtis eſt corporis actꝰ. Patet etiã. animã eſſe cauſam vt id gratia cuius cętera fiunt. nã,vt mens,ſic & natura alicuius gratia facit, quod quidẽ ipſius eſt finis. atq; tale eſt in ipſis viuentibus:anima,& ſecundũ naturam. vniuerſa nanq; naturalia corpora tã animaliũ quã etiã plantarũ, ipſius animę ſunt inſtrumẽta. Quo fit,vt ipſa ſint animę ſiue cõtrouerſia, gratia. Duplex eſt autẽ id,vti diximus cauſa cuius cętera fiũt,atq; vnũ eſt quo,alterũ cui. At vero cõſtat,animã id etiã eſſe. vnde primũ motus ad locũ accõmodatus emergit. verũ hęc vis,nõ vniuerſis ineſt viuẽtibꝰ. Fit etiã per animã,& alteratio,& accretio, ſenſus enim, alteratio quędã eſſe videtur, ſentitq; nihil quod nõ habeat animã. Eadẽ eſt de accretioneve,ratio. nihil enim incremẽta naturaliter decrementave ſuſcipit. quod nõ nutriatur,& nihil prorſus nutritur,quod nõ vitę particeps ſit. 38 ¶ Atq; hac in parte ſentẽtia Empedoclis eſt poſt habenda,qui quidẽ hoc nõ recte dixit ac addidit,ideo incremẽta plantas ſuſcipere,tũ in radicibus infra,tũ in ramis etiã ſupra, quia terra deorſum ſuapte natura, & ignis ſurſum identidẽ pergit. Primũ nãq;, nõ recte accipit in plãtis differẽtias dictas,infra inquã ac ſupra. nõ enim eadẽ ſunt omniũ rerum & vniuerſi,ſupra & infra. ſed quã habet rationẽ in animalibus caput eam ſubeunt in plantis radices, ſi inſtrumenta diuerſa vel eadem operationibus officijſve dicere aſſerereque oportet. 39 ¶ Deinde quid eſt quod continet terram ignẽve,

quæ quidē in cōtraria loca ferūtur, diſtrahētur enim profecto, niſi aliquid ſit quod ipſo prohibeat atq; detineat. Q; ſi ſit aliquid: id eſt ꝓfecto anima ipſa. quo fit vt ipſa ſit augēdi cauſa nutriēdive, non elementa, quēadmodū ille putabat. 40 ℂ Sūt aūt quib⁹ ipſius ignis natura, cauſa ſimpliciter nutritionis & accretionis eſſe videtur. ipſe nanq; ſolus omniū corporū aut elemētorū, nutriri ac augeri videtur. Quapropter & in plātis & in aīalibus putabit quiſpiā ignē idipſum eſſe qđ operatur, verū nō ita eſt. 41 ℂ Sed cū comitetur cauſam, eſt ob idipſum quodāmodo, nō ſimpliciter cauſa, ſed talis eſt potius anima. Nā ignis quidē accretio in infinitū progreditur & eo vſq; fit, quouſq; ſit cōbuſtibile, at eorū omniū, quę natura cōſtāt, eſt finis tā magnitudinis q̄ accretionis & ratio, hęc autem animę ſunt, nō ignis, & rationis potius q̄ materię. 42 ℂ Cū autē eadē vis animę ſit & nutriēdi & generādi. primū de alimēto determinare neceſſe eſt. hęc enim a cęteris potētijs hoc opere atq; munere ſeiūgitur. 43 ℂ Videtur itaq; cōtrariū, eſſe cōtrario nutrimentū. at non cuilibet, quoduis, ſed id ei quorū alterū ex altero nō ſolū mutuo generatur, ſed incremēta etiā ſuſcipit: cōplura nāq; cōtrariorū fiūt quidē ex ſeſe mutuo: ſed nō a ſuis omnia cōtrarijs incremēta ſuſcipiunt vt ex ægrotante fit ſanū. At vero nec illa modo eodē ſibi mutuo nutrimētū eſſe vidētur, ſed aqua quidē alimētū eſt igni, ignis autē nō nutrit aquā. At in ſimplicib⁹ corporibus, horū alterū alimēti, alterū eius quod nutritur maxime ſubire rationē videtur. 44 ℂ Verū eīm is locus, dubitationē habere videtur. Sunt enim qui dicunt, ſimile ſimili nutriri, quēadmodū & accreſcere.

Quibuſdā autē(vti diximus)nō hęc ſentētia ſed cō=
traria placet,cēſentq; nō ſimile ſimili,ſed cōtrario cō=
trariū alitur etem̄ fieri nequit, vt inquiunt,vt a ſimili
ſimile patiatur. alimētū autē, mutatur atq; digeritur.
mutationeq; rerū omniū , in oppoſitū vel in mediū
eſſe. cōſtat. 45 ❡ Præterea nutrimētū quidē,aliquid
patitur ab eo quod alitur. hoc autē ab alimēto nō pa
titur quicq̄ quēadmodū nec a materia faber,ſed ma=
teries,vt patet a fabro,qui quidē ex ocio mutatur tan
tum ad operandū. At enim intereſt plane, ſi nutrimē
tum ſit id quod vltimo tandē adiūgitur atq; additur,
an nō hoc ſed id quod primum ingreditur. Quod ſi
vtrūq; quidē eſt alimentū, alterū tamē eſt digeſtum,
alterū indigeſtū,vtroq; profecto modo,& contrario
cōtrariū,& ſimile ſimili dicere licet nutriri. Nam ſi vt
indigeſtū ſumatur,cōtrariū cōtrario alitur. ſin vt dige
ſtum,ſimile ſimili nimirū hoc pacto nutritur. Quare
patet,illos vtroſque partim recte,partim nō recte di=
cere atq; ſentire. 46 ❡ Cū autē nihil nutriatur quin
habeat vitam, animatū id erit profecto corpus quod
alitur,ea ſane ratione qua eſt animatum. ❡ Quare &
nutrimentū,ad animatū per ſe referetur,& nō per ac=
cidens. 47 ❡ At qui diuerſa eſt alimenti ratio,vt nu=
trit,& auget. Nā vt ipſum alimētū quantū eſt quod=
dam,auget,vt eſt hoc aliquid & ſubſtantia,nutrit. cō=
ſeruat enim ſubſtantiā. & eſt eouſq; profecto,quouſ=
que nutritur. Efficit præterea generationē ac ortum,
nō eius quod alitur,ſed talis quale eſt id quod nutri=
tur,iā enim eſt ipſa ſubſtantia,& nihil ſeipſum gene=
rat,ſed cōſeruat. 48 ❡ Quare tale quidē animę prin
cipium, vis eſt talis, vt id conſeruet quod ipſam ha=

bet,ea nimirum ratione qua ipſam habet. Alimentũ autẽ,ad operandũ preparare videtur. Quapropter: alimẽto priuatũ,eſſe nõ poteſt. 49 ¶ At vero cum hoc in officio tria ſint hęc neceſſarioq; concurrãt,id inquã quod nutritur,& quo nutritur,& quod nutrit, id quidẽ quod nutrit eſt ipſa anima prima.id autẽ ꝙ nutritur corpus eſt quod ipſam animam habet,at id quo nutritur ipſum eſt alimentũ. ¶ Atq; cum ſit par vniuerſas a fine res appellare,finiſq; huius animę ſit generatio talis quale eſt id quod ipſam habet, erit anima prima profecto principiũ generandi tale quale eſt id quod hãc ipſam animã habet. 50 ¶ Id autẽ quo nutrit anima, duplex eſt: quemadmodũ & id quod gubernator gubernat. manus inquã & clauus. atq; aliud mouet atq; mouetur, aliud mouet tantũ. Neceſſe eſt autẽ.omne nutrimẽtũ naturę ſit talis,quę digeri poſſit. at digeſtionẽ efficit calor. Quapropter omne animans,habet calorẽ. Quid igitur ſit alimentum ipſum,vniuerſaliter diximus poſtea vero de ipſis exactius perſcrutabimur.

Cap. V.

51 Determinatis autẽ his:primũ de omni ſenſu cõmuniter, deinde de vnoquoq; dicamus. Fit itaq; ſenſus,cũ mouetur atq; patitur aliquid vti diximus.nã ipſe ſenſus, alteratio quędã eſſe videtur. ¶ Inquiunt autẽ quidã,& à ſimili ſimile pati ꝙ quidẽ quonã pacto fieri poteſt aut non poteſt: in vniuerſalibus de actione ſermonibus paſſioneve diximus. 52 ¶ Habet autẽ is locus dubitationem, ambigetq; nõ iniuria quiſpiã: cur & ſenſuũ ipſorum ſenſus nõ fit,& cur ſine iis quę ſunt extra non efficiũt ſenſum, cum inſit & ignis & terra cæteraq; elemẽta,

quorũ eſt per ſe ſenſus vel per ea quæ ipſis accidũt. At enim patet ſenſitiuũ nõ eſſe actu, ſed potẽtia tantum. Quapropter nõ ſentit: queadmodũ cõbuſtibile nõ vritur ipſum per ſe ſine eo quod ipſum vrere poteſt. vreret enim ſeipſum, & non indigeret eius, qui actu eſt, ignis. 53 ❡At vero quoniã ſentire bifariã dicere cõſueuimus (nã & id quod potẽtia videt & audit, videre audireq; dicimus, & ſi forte dormiat, & id idẽtidẽ quod iam operatur) dupliciter & ipſe ſenſus profecto dicetur, quidã vt potentia quidam vt actu. Similiter & ipſum ſentire, & quod eſt potentia. & q̃ eſt actu. 54 Primũ igitur id ſcire oportet: nos inquã quaſi ſint eadẽ pati moueri ac operari, ita nũc his vti ac dicere, motus enim, eſt quidã actus, imperfectus tamen, vt in alijs diximus. Ea vero cuncta quę patiũtur atq; mouẽtur: ab actiuo & eo quod eſt actu patiũtur atq; mouẽtur. ❡Idcirco fit, vt tũ à ſimili ſibi, tũ à diſſimili res omnis patiatur. vt diximus. patitur enim, ea quæ eſt diſſimilis. at cum eſt paſſa, tum ſimilis eſt, vt patet. 55 ❡Deinde diſtinguendũ eſt, de potẽtia atque actu. nũc enim, de his ipſis ſimpliciter dicimus. Nam eſt hoc pacto quippiã ſciẽs, vt ſi dicamus hominẽ eſſe ſcientem, quia homo eſt talis ſuapte natura vt ſit ſciens atq; ſcientiam habeat. Eſt etiã hoc pacto quippiã ſciens, vt hominẽ eum iam dicimus eſſe ſcientẽ, qui Grãmaticã habet. Atq; horum vterq; non eodẽ modo poteſt, potentięq; ſubijcitur: ſed alter quidẽ ex eo quia genus ipſum eſt tale materieſve, alter vero propterea q̃ cũ voluerit contemplari, poteſt idipſum facere, niſi quid extremum forte prohibeat impedimẽtoq; fiat. 56 ❡At præ=

ter ipſos: eſt iſce qui iam contẽplatur, & eſt actu proprieq; ſciens hoc A. Ambo igitur illi primi, potentia quidẽ ſunt ſciẽtes, vt diximus. verũ vnus: indiget alteratione per diſciplinã qua quidẽ nõnunquã etiã ex habitu cõtrario diſpoſitio neque mutatur, alter: habet quidẽ ſenſum aut Grãmaticã, ſed indiget operationis vt ex ocio tandẽ operationiſq; vacuitate agat ac operetur. atq; hic modus potẽtiæ, diuerſus eſt, vt patet, ab antea dicto. 57 ¶ At vero neque ipſum pati ſimplex eſſe videtur, ſed aliud eſt à cõtrario corruptio quędã, aliud eſt ſalus potius eius, quod eſt potẽtia ab eo quod eſt actu, ſimileq; perinde atq; potẽtia ſeſe habet ad actũ. Fit enim cõtemplãs: quod ſciẽtiã habet, quod quidẽ: aut nõ eſt alterari (in ipſum enim fit incrementũ, & in actũ perfectionẽve) aut aliud alterationis eſt genus. 58 ¶ Quocirca nõ recte ſe habet, dicere ipſum ſciẽs cum ſcit alterari, ſicut nec ædificatorẽ cũ ædificat. Quod igitur in actũ ducit, ex eo quod eſt intelligens potẽtia atq; ſciẽs, id nõ doctrinã appellare oportet, ſed aliud nomẽ eſt æquũ habere. At quod ex eo quod eſt potentia diſcit accipitq; ſciẽtiã ab eo quod eſt actu ſciens atq; ab ipſo docẽte, id aut nõ eſt dicendũ pati ac alterari, aut duos alterationis eſſe modos fateamur oportet, eã inquã mutationem quæ ad priuatiuas eſt diſpoſitiones, & eam quæ eſt ad habitus atq; naturã. 59 ¶ Hec cũ ita ſint, prima quidẽ mutatio ſenſitiui, ab eo quod generat fit. cũm autẽ ortũ ac generatũ eſt: habet iã ſenſum perinde atq; ſcientiã. & ſentire actu: ſimile eſt ac cõtẽplari. Differentia tamẽ eſt. nam ea quæ actu ſenſum efficiunt: extra ſunt, ipſum inquã viſibile & audibile &

ſenſibilium cætera. 60 ¶ Cuius cauſa; hæc eſt, actu nanq; ſenſus, ſingularium eſt, ſcientia vero, vniuerſalium eſt. hæc autē: in ipſa anima quodāmodo ſunt. ¶ Quapropter intelligere quidē cū quiſpiā voluerit, in ipſo eſt ſitū: ſentire autē, nō collocatur in ipſo. neceſſe eſt enim: ſenſibile ipſum adeſſe. Pari modo res ſeſe habet & in ſciētijs ſenſibiliū, & ob eandē vtique cauſam: quia ſenſibilia, ſingularia ſunt & extra, ſicuti diximus. Sed vt de his exactiꝰ dilucidiuſve dicamus: dabitur nobis rurſus occaſio. 51 ¶ Nūc id ſit à nobis determinatū, cū ſimplex inquam nō ſit id quod dicitur eſſe potētia, ſed aliud quidē ſit vt puer quē militare poſſe dicere licet, aliud autē vt iſce qui iam ætate militarique arte aptus euaſit ad militandū: ſenſitiuū ſimiliter ſe habere. ¶ Atq; cum ipſorum differētia nomine careat, determinatū autē ſit ipſa eſſe diuerſa, & quo pacto diuerſa ſunt: neceſſe eſt ipſo pati ac alterari tāquā proprijs nominibus vti. Ipſum autē ſenſitiuū, potētia tale eſt: quale iā ipſum ſenſibile eſt actu, ſicuti dixim9 Patitur igitur cū eſt nō ſimile: at paſſum euaſit ſimile, & eſt tale quale eſt illud.

Cap. VI.

62 AT enim: de vno quoq; ſenſu deinceps à ſenſibilibꝰ cuiuſq; proficiſcētes dicamus oportet. atq; prius ipſa ſenſibilia diſtinguēda eſſe videntur. Senſibile itaq; trifariam dicitur. ſenſibiliū enim quædam per ſe, quædam per accidens ſentiuntur. 63 ¶ Et illorum rurſus: alia ſunt vniuſcuiuſq; propria ſenſus, alia cōmunia cūctis. Atq; propriū id ſenſibile dico: quod alio ſenſu ſentiri nō poteſt, & circa quod error fieri nequit. vt color reſpectu viſus, &

ſonus auditus, & ſapor guſtus, Tactus autem, plures differẽtias habet quidẽ, iudicat tamen de illis vt cæterorũ ſenſuũ quiſq; de ſuo ſenſibili, & nõ decipitur. Viſus enim non errat eſſe colorẽ, aut auditus eſſe ſonum, ſed quid ſit id quod eſt infectũ colore vel vbi, aut quid ſit id quod ſonat vel vbi. Huiuſcemodi igitur ſenſibilia, dicuntur vniuſcuiuſque propria ſenſus. 64 ¶ Communia vero ſunt hæc: motus, quies, numerus, figura, & magnitudo talia nãq; nullius ſunt propria ſenſus, ſed omnibus cõmunia ſunt, etenim tactu motus quidã ſenſibilis eſt, atq; viſu. Per ſe igitur ſenſibilia: hęc ſunt. 65 ¶ Per accidẽs autẽ ſenſibile dicitur: vt ſi albũ Diaris filius ſit. per accidẽs enim hoc ſentit, quia albo, quod ſentit id accidit. Quapropter & nihil ipſe ſenſus ab huiuſcemodi ſenſibilibus patitur, vt talia ſunt. Eorum autem quæ per ſe ſentiuntur, illa ſunt propriè ſenſibilia, quæ propria ſunt, & ad quæ ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus eſt apta.

Cap. VII.

66 Cvius igitur viſus eſt perceptiuus, id eſt viſibile, viſibile vero eſt, color, & id quod oratione quidẽ explicare ac dicere licet nomine autẽ caret. atq; idipſum, maxime patebit cum vlterius procedemus. ¶ Viſibile igitur, eſt color, hic autẽ, eſt id quod eſt in eo quod per ſe viſibile eſt, per ſe vero, nõ ratione, ſed quia in ſe cauſam habet vt ſit viſibile. 67 ¶ Color autẽ omnis, motiuus eſt eius quod eſt perſpicuum actu, & id eſt, ipſius natura. Quapropter nõ eſt viſibile abſq; luce, ſed omnis vniuſcuiuſque color: in lumine ſane videtur. ¶ Quãobrẽ quid nã ſit ipſum lumẽ, prius dicere declarareq; oportet.

Eſt igitur, aliquid perſpicuũ. 68 ❡Perſpicuũ autẽ id dico, quod eſt quidẽ viſibile, nõ eſt autẽ vt ſimpliciter dicã per ſe, ſed per alienũ colorẽ viſibile. Atque res talis, eſt aer, & aqua, & ſolidorũ cõplura. vt vitrũ & glacies & huiuſmodi corpora. non enim aqua vel aer vt eſt aqua vel aer, perſpicuũ eſt, ſed quia natura eadẽ ineſt in his vtriſq; & in perpetuo ſupero corpore. 69 ❡Lumẽ autẽ, actus eſt huiuſce perſpicui, ea nimirũ ratione qua perſpicuũ eſt. Ad id eſt potẽtia, in quo nũc idipſum ineſt, nunc tenebrę. Atq; lumen quaſi perſpicui color eſt, cum eſt perſpicuum actu ab igne, vel ab huiuſcemodi corpore quale eſt ipſum ſuperum corpus. nam, huic ineſt aliquid vnũ & idẽ. ❡Quid igitur eſt perſpicuũ diximus, & quid etiã lumen. nã neq; ignis eſt, neq; omnino corpus, neq; corporis eſt vllius defluxus (eſſet enim, quoddam, hoc quoq; pacto profecto corpus) ſed eſt ignis vel huiuſcemodi cuiuſdã in perſpicuo præſentia corporis, fieri nãq; nõ poteſt, vt in eodẽ ſint duo corpora ſimul. 70 ❡Videtur autẽ, tenebris contrariũ eſſe lumen. At tenebrę priuatio ſunt talis habit⁹, atq; ignis vel corporis talis abſentia à perſpicuo. Quare patet, huiuſce pręſentiã, eſſe lumẽ. ❡Atq; nõ recte dixit Empedocles, & ſi quis itidem cenſuit. lumẽ ferri atq; extendi tandẽ inter terrã & cõtinens, noſq; idipſum latere. hoc enim, & rationis metas egreditur, & eſt præter ea nimirũ quæ apparẽt, in paruo nãq; ſpacio motus fortaſſe lateret, ſed ab ortu ſolis ad occaſum tanti corporis motũ latere, magna nimiũ profecto eſt poſtulatio. 71 ❡Atqui coloris quidẽ id eſt ſuſceptiuũ, quod colore vacat, ſoni autẽ, id quod ſo-

no. Vacat autem colore, perſpicuũ ipſum, & inuiſibile, vel id quod vix tandẽ videtur. quale id eſſe videtur, quod tenebris eſt affectũ. atque tale eſt ipſum, vt patet, perſpicuũ attamẽ non cum eſt perſpicuũ actu, ſed cũ potẽtia. eadẽ enim natura, modo eſt tenebrę, modo lumẽ. 72 ℂ At vero non vniuerſa viſibilia in lumine ſunt viſibilia ſed ſolum vniuſcuiuſq; proprius color. nõnulla nãque in lumine quidẽ non videntur, in tenebris autẽ efficiunt ſenſum. vt ea quæ apparent ignea, atque ſplendent, hæc autẽ nomine carent vno, vt fungus, cornu, piſciũ capita, ſquãme, oculi. ſed nullius horũ, proprius color videtur. Atq; quam ob cauſam hæc viſibilia ſunt, alia ratio eſt. 73 ℂ Nunc tantũ patet, id inquã quod in lumine videtur, eſſe colorẽ. Quocirca, ſine lumine non videtur. ℂ Hæc eſt enim ſane coloris ratio. eſſe inquam eius motiuũ quod eſt perſpicuũ actu. actus autẽ perſpicui, lumẽ eſt, vti diximus. Id ita eſſe, ex eo tanquã e manifeſto ſigno patere poteſt, nam ſi quiſpiam id quod habet colorẽ ſuper ipſum viſum poſuerit, nõ ſane videbit, ſed color quidẽ, mouet perſpicuũ, vt aerem, ab hoc autẽ cum ſit cõtinuus, ſenſus inſtrumẽtum mouetur. 74 ℂ Nõ enim hoc loco recte ſentire videtur Democritus, qui quidẽ putat ſi medium ſpaciũ vacuũ fiat, formicã etiam ſi ſit in cœlo, exacte perfecteque videri. etenim, idipſum fieri non poteſt. viſio nãque fit, patiente aliquid ſenſitiuo. at vt patiatur ab ipſo colore qui videtur, fieri nequit. reſtat igitur, vt à medio. Quare neceſſe eſt, aliquid eſſe medium inter colorẽ ipſum & viſum. Quod ſi id vacuũ fiat non modo nõ exacte, ſed neque quicquam om-

nino videbitur. Quam igitur ob cauſam neceſſe eſt in lumine colorē videri diximus. At ignis in vtriſq; plane videtur, in tenebris inquā atque in lumine. id autem, neceſſario accidit. ipſum enim perſpicuū, ab hoc perſpicuū fit. 75 ¶ Eadē autē eſt & de ſono, & de odore etiam ratio, nihil enim ipſorū ſenſus inſtrumentū tangēs, efficit ſenſum. ſed ab odore quidē & ſono, mouetur mediū: ab hoc autē vtrūq; ſenſuū inſtrumentum. Quod ſi quiſpiā ſuper ipſum inſtrumentū ſenſus vel id quod ſonat, vel id quod olet poſuerit: nullus profecto ſenſus efficietur. Simili modo res ſeſe habet in tactu, & etiā guſtu: ſed non apparet. quam autem ob cauſam, poſtea dicetur ac patebit.
76 ¶ Atq; mediū quidē in ſonis, eſt aer: in odoribus autē, nomine vacat. Nam vt perſpicuū in colore cōmunis eſt quidā affectus in aere atq; aqua: ſic alius quidā in odoribus eſt affectus, qui quidē ineſt in his vtriſq;, in aere inquā & aqua. Videntur enim & animaliū ea quæ verſantur in aquis, ſenſum odoris habere. verū homo cæteraq; animantia quæ degunt in terra, atq; reſpirant, nequeunt ſine reſpiratione olfacere. Et cauſa etiam huiuſce, poſterius explicabitur.

Cap. VIII.

77 Nunc autē, poſt hęc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaq; ſonus, duplex. quidā enim eſt actu: quidā potentia, ſonus, Nā corporū quędā nō habere dicimus ſonū, vt ſpōgiam, lanā, & huiuſcemodi, quædā habere, vt æs, & quęcunq; ſolida læuiaq; ſunt. quia poſſunt ſonare, id eſt inter ſe & auditū, ſonū efficere. 78 ¶ Fit autem actu ſonus, alicuius ſemper, ad aliquid, & in aliquo.

ictus eſt enim, qui ſonum efficit ipſum. ¶ Quapropter fieri nō poteſt, vt ſi vnū ſit corpus, ſonus efficiatur. quippe cū: aliud ſit id quod verberat, aliud quod verberatur. quare id quod ſonat, ad aliquid ſonat. ¶ Sine autē latione, nūquam efficitur ictus. ¶ Atq; vti diximus: non quorūuis ictus corporum ſine vllo diſcrimine ſonus eſt. nullū enim efficit ſonū: ſi percuſſa fuerit lana, ſed æs & quęcūq; ſunt leuia cōcauaq;. æs quidē, quia corpus eſt lęue: cōcaua vero, quia per reflexionē, cōplures poſt primū efficiūt ictus. quippe cū: nō poſſit aer motus ac agitatus exire. 79 ¶ Pręterea: auditur quidem ſonus & in aere & aqua. ¶ At vero nec aer eſt auctor ſoni, nec aqua, ſed opus eſt vt inter ſeſe ſolidorū corporū atq; ad aerem ictus fiat. quod quidē tum fit, cū aer percuſſus permanet, neq; diffunditur. Quapropter ſi cito vehemēterq; percutiatur, ſonat opus eſt enim vt percutiētis motus, diffuſionem pręueniat aeris: perinde atq; ſi cumulū aut aceruū arenę cum fertur, velociter quiſpiā verberet.

80 ¶ Fit autē echo, ſonitus inquā is qui poſt ſonū reſultat: cum aer factus vnus ob vas vel loci qui terminauit ipſum atq; diſſolui prohibuit, indē reſilit veluti pila repulſus. Videtur autē talis ſonitus fieri ſemper, ſed nō ſemper clarus efficitur. nā & in ſono perinde atq; in lumine fit. Lumē enim ſemper refrangitur: alioquin nō fieret lumē vbiq;, ſed eſſent extra locum eum tenebræ quo radij ſolis perueniūt. Verum non ita ſemper refrāgitur: vt vmbrā efficiat, qua terminare lumen ſolemus, quod quidē tum fit: cum ab aqua vel ære cæteriſq; lęuibus, vt patet, reflectitur.

81 ¶ Recte autē, a veteribus audiēdi vacuo tribui-

tur auctoritas.nam aer,vacuũ eſſe videtur,is autẽ eſt,
qui audire facit.cum cõtinuus vnuſq;,fuerit agitatus.
Verum quia fragilis eſt:nõ perſonat, niſi id quod eſt
percuſſum,ſit lęue.tum enim,vnus ipſe ſimul ob pla
nitiem ipſam euadit.læuis nanq; corporis planũ,eſt
vnum. 82 ¶ Id igitur ſonum efficit: quod mouet
vſq; ad auditũ cõtinuatione aerem vnũ. ¶ Ineſt au=
tem auditui,quidã inſitus aer,atq; cũ auditus in aere
ſit:cum externus aer mouetur, & internus mouetur
ac agitatur. ¶ Quapropter animal non omni audit
ex parte,neq; quouis aer pertrãſit & penetrat quippe
cum:animatũ nõ habeat aerẽ vbiq;, quo poſſit qua=
uis ſua parte moueri. 83 ¶ Ipſe igitur aer vacat ex
ſe ſono, quia facile diſpergitur ac diſſoluitur verũ cũ
prohibetur diſſolui, tũ motio ipſius eſt ſonus. ¶ At
is aer qui in auribus eſt collocatus:intus eſt cõditus,
vt ſit immobilis atq; hoc:vt exacte ſentiat differẽtias
omnes motus. Et propter hoc in aqua etiam audi=
mus:quia non ingreditur in ipſum inſitũ aerem,nec
in aurẽ ob obliquitates ipſius,aqua. Quod ſi accide=
rit,nõ audimus.nec item,ſi ægrotauerit ipſa mẽbra=
na.quemadmodũ etiã non videmus: cum ea pellis
ægrotat quæ pupillã cõplectitur. 84 ¶ At enim
ſignũ id eſt audiendi vel nõ audiendi.nã auris,ſem=
per ſonat perinde ac cornu. ſemper enim aer inſitus,
motu ſuo quodã in auribus agitatur. verum ipſe ſo=
nus,alienus eſt,& nõ proprius. Et propterea veteres
vacuo nos inquiunt audire ac perſonante: quia au=
dimus eo quod determinatũ aerẽ habet. 85 ¶ Sed
vtrum horum duorum ſonet:vtrum id quod verbe=
ratur,an id quod verberat? At conſtat vtrunque ſo=

nare, modo aũt diuerſo. Sonus enim, motio eſt eius, quod eo motu moueri poteſt quo mouetur ea quæ reſiliunt a corporibus læuibus, cum quiſpiã percutit. Nec omne qnoduis tã verberatũ q̃ verberãs, ſonum efficit, vti diximus. nõ enim, vt patet, ſonus efficitur, ſi acus feriat acum. ſed opus eſt vt id quod verberatur, ſit planũ, quo ſimul aer inde reſiliat totuſve cõcutiatur. 86 ¶ Atq; differentię ſonorũ, actu ſono manifeſtę fieri ſolẽt. nam vt abſq; lumine non videntur colores, ſic neq; acutum graueq; ſine ſono diſcernitur. Hęc autẽ, à tãgibilibus tranſlatione dicuntur. acutum nanq;, multũ in breui tẽpore ſenſum mouet: graue vero, longo in tempore parum. Nõ igitur idẽ eſt acutum & velox, neque graue tardumque, ſed fit alterius quidẽ motus propter velocitatẽ talis, alterius autę talis ob tarditatẽ. Et ſimilia eſſe videtur, acuto atque obtuſo quæ ſunt in tactu (nam acutũ quidem, quaſi pungit, obtuſum autẽ, quaſi pellit) quia illud in pauco, hoc in multo tempore mouet. Quare fit, vt illud ſit velox, hoc tardũ. ¶ Atq; de ſono quidẽ, determinatũ ſit hactenus. 87 ¶ Vox autẽ, ſonus quidam eſt animantis. nihil enim inanimatorũ, vocẽ habet. ſed ſimilitudine quadã dicuntur vocẽ emittere: vt tibia, lyra, cæteraque inanimata, quæcunque extẽſionem, concentum, & locutionem. horũ enim ſoni, ſimiles eſſe voci videntur, quia vox & hæc eadẽ habet. Atqui complura ſunt animaliũ quæ non eliciũt vocem, vt ea quæ ſanguinis expertia ſunt, & eorum quæ ſanguinem habent piſces. atque id, non abſque ratione, ſiquidem ſonus, motio quædã aeris eſt. Sed qui vocẽ dicuntur emittere, vt Acheloi fluuij piſces,

ij branchijs ſane ſonitant. vel aliqua ſimili parte.
88 ¶ Vox autem,& ſonus eſt animalis, & non quauis efficitur ſine diſcrimine parte. Sed cū aliquo percutiēte aliquid & in aliquo,quod quidē eſt aer,ſonus effici ſoleat,iure profecto vocem,animaliū ea ſolum habebunt quæ ſuſcipiunt aerem. Iam enim ipſa natura vt ad guſtum & locutionem vtitur lingua, quorum guſtus quidem neceſſariū eſt(quapropter pluribus ineſt)interpretatio vero eſt gratia boni,ſic & aere qui reſpiratione trahitur ad duas vtitur operationes,ad internū inquā diſponendū calorē,quod quidem eſt neceſſariū, & cauſam in alijs explicabimus, & ad vocem etiam cōficiendā ob bonū. 89 ¶ Inſtrumentum autem reſpirandi,fauces ſunt. pulmoq; id eſt, gratia cuius eſt iſta pars,nam ea quæ gradiuntur,hac in parte plushabet caloris,quā cętera. Is prętera locus qui circa cor eſt primus, reſpiratione nimirū eget,Idcirco:neceſſariū eſt aerē ingredi reſpiratione attractū. 90 ¶ Quare,vox eſt ictus aeris reſpiratione attracti, qui quidē ab anima fit ea quæ his in partibus collocatur,ad eā partem quæ gurgulio appellatur.Nō enim omnis quiuis animalis ſonus,vox eſt:vti diximus(fit enim:vt & lingua ſon⁹ efficiatur, & etiā vt tuſſiētes efficiūt)ſed oportet & animatū ſit id quod verberat,& aliqua cum imaginatione. Vox enim,ſonus quidā eſt ſignificatiuus, & nō aeris eius qui reſpiratione trahitur vti tuſſis, ſed hoc ferit aerē eum qui eſt in gurgulione ad ipſum. Signū autē eſt, nō poſſe quēquā ædere vocē ſpirantē aut reſpirātē, ſed aerē retinentē.detinēs enim aerē,hoc ipſo nimirum mouet. 91 ¶ Patet autē, & quā ob cauſam pi-

ſces vocem non fundunt. fauces enim non habent at hanc partem non habent, quia non ſuſcipiunt aerem, neque reſpirant. Sed qui ita dicunt, vehementer aberrant, quam autem ob cauſam, alius ſermo eſt.

Cap. IX.

92 DE odore vero & odorabili, non æque bene atque de hiſce quæ dicta ſunt diſcernere determinareque poſſumus. non enim ſic patet quale quid ſit odor: vt ſonus, vel lumen, vel color. Cuius cauſa eſt, nos nō habere hunc ſenſum exactū, ſed inferiorē compluriū animaliū ſenſu. remiſſe nāq; homo olfacit. & nihil odorabilium percipit abſq; dolore vel voluptate, propterea q̄ ſenſus inſtrumētum huiuſce nō eſt exactū atq; perfectū. 93 ¶ Atq; cōſentaneū eſt rationi tam animaliū ea quæ duros oculos habēt ſic ſentire colores vt nō eorum percipiāt differentias niſi terrore contrarioq; ipſius, q̄ hominū genus odore. ¶ Similē autem rationē ſubire videntur: odoratus ad guſtum, & odoris ſpecies ad ſpecies ipſas ſaporum. 94 ¶ Verū exactiorē guſtū habemus q̄ odoratum, ex eo quia guſtus tactus eſt quidā, quæ quidē ſenſum homo exactiſſimum habet. In ceteris nāq; ſenſibus, vehemēter à cæteris animalibus ſuperatur. at tactu, longe ceteris omnibus excellētius percipit. Quapropter, & prudētiſſimum eſt animalium. Indicium autē eſt, in hominū genere ob hoc inſtrumentum ſenſus, ingenioſos eſſe hebeteſve, & nō ob aliud quicq̄. Qui nanq; ſunt duri carne ij ſunt inepti mente, qui verò ſunt molles carne, ij ſunt ingenioſi menteque, dextri. 95 ¶ Vt autē ſaporum alius dulcis alius eſt amarus, ſic & odorum quoſdam dulces,

quoſdã appellamus amaros. Verum, quędã odorem habent ſaporẽq; ſimilis rationis, dulcẽ inquã ſaporẽ dulcemq; odorẽ. quędã, contra. Similiter: & acer eſt, & acerbus odor, & acutus, & pinguis. nã quia odores non ſunt vti diximus, manifeſti perinde atq; ſapores, ideo nomina odorum deducta ſunt à ſaporibus per ſimilitudinem rerum. alius enim eſt dulcis, vt croci melliſq;, alius acer, vt thymi ac huiuſmodi rerũ idem & in cæteris modus ſeruatur. 96 ¶ Atqui ſicut auditus eſt audibilis atq; inaudibilis, & viſus viſibilis atq; inuiſibilis, & quiſq; ſimiliter ſenſuum ſic & odoratus eſt odorabilis atq; inodorabilis. ¶ Inodorabile autẽ, multipliciter dicitur. nam & id quod omnino caret odore neq; vnquam odorẽ habere poteſt, & id quod exiguũ habet, & id etiam quod malum tetrũq; habet odorem, hoc appellari nomine ſolet. Similiter & ipſum inguſtabile dicitur. 97 ¶ Fit autẽ olfactus etiã per mediũ, vt aerẽ aut aquã. etenim animaliũ ea quę in aquis degunt, vidẽtur odorẽ ſentire, tam habentia quã non habentia ſanguinẽ, ſicut ea quę verſantur in aere horũ nãq; nõnulla odorẽ alimẽti percipiũt eminus, pergũtq; ad ipſum. 98 ¶ Quocirca dubitationẽ is locus habere videtur, ſi cuncta quidẽ ſimiliter olfaciunt, homo vero reſpirãs, nõ reſpirans autẽ ſed ſpirans aut detinens ſpiritũ nõ olfacit. neq; eminus, neq; cominus neq; ſi in ipſis naribus intus rem olentẽ poſuerimus. Atq; ſenſum quidẽ nõ fieri, ſi in inſtrumẽto ſenſus res ipſa ſenſu percipiẽda ponatur, cõmune omnibus eſt. ſed nõ ſentire reſpiratione, propriũ hominũ eſſe videtur. quod quidẽ, experiẽtia late patet. 99 ¶ Quare ea quę ſanguinis expertia ſunt, cum nõ

reſpirēt,ſenſum quendā præter eos ſenſus qui dicū tur,aliū habent. At id eſſe nō poteſt. quippe cū odo rem percipiāt.ſenſus enim rei tā male q̄ bene olen tis,olfactus ſine cōtrouerſia eſt. Pręterea, a vehemen tibus & ipſa corrūpi vidētur odoribus,à quib⁹ & ho mo corrūpitur,vt bituminis,ſulphuris,& ſimiliū. Ne ceſſe eſt igitur ipſa olfacere, non reſpirantia tamen.

100 ¶ Atq; huius inſtrumentum ſenſus,in homine perinde videtur ab inſtrumēto differre taliū animan tium,atq; oculi differunt ab eorum oculis animaliū quæ duros oculos habent. Nam animalium ea quæ mollea oculos habent:palpebras ipſas vti ſeptem & tegmē habent,quas niſi mouerint ac aperuerint,non vident,vt late patet. at ea quæ durorum ſunt oculo rum,nihil habent profecto tale,ſed ilico res eas vi dent,quæ in perſpicuo ſunt. Sic igitur & inſtrumen tum olfactus in hiſce quidē quæ non reſpirant:vela mine caret,perinde atque oculus durus, vt diximus. in his autem quæ ſuſcipiunt aerem, habet velamen, quod cum reſpirāt aperitur, venis meatibuſve diſten tis. ¶ Et iccirco quę reſpirant:non olfaciunt in aqua. neceſſe eſt enim olfaciāt reſpirando, at id in aqua fa cere nequeūt. Eſt autē odor, ſicci: ſicut humidi ſapor ipſum vero inſtrumentum olfactus:eſt potentia tale.

Cap. X.

101 Vſtabile autē:eſt quoddā tangibile. Atque

G hęc eſt cauſa, vt ipſum non ſit ſenſibile per mediū corpus externū. neq; enim tactus, tali medio percipit. enimuero corpus etiā id in quo tanquā in materia eſt ipſe ſapor qui guſtu percipitur, humidū eſt,quod eſt tāgibile quoddā. Quapropter

ſi etiã eſſemus in aqua, dulce ſane ſentiremus in ipſa poſitũ, & nõ ſenſus illius nobis per aquã tanquã per medium eſſet, ſed quia permiſtũ illud eſſet cũ humido, quẽadmodũ in potione fieri ſolet. Color autem nõ hoc videtur, ꝙ miſcetur, neq; defluxibus. ¶ Non igitur vt eſt ibi, ſic & hic eſſe de medio dicere poſſumus, nullum enim externũ eſt medium, vt diximus, vt autem viſibile eſt color, ſic eſt guſtabile ſapor.

102 ¶ Atqui nihil abſque humiditate, ſaporis efficit ſenſum, ſed omne quod ipſius efficit ſenſum, humiditatẽ aut actu aut potentia nimirũ habet, vt ſalſum. nam & ipſum liqueſcere poteſt facile, & linguã, vt patet, cũ liqueſcit humidiorẽ efficere poteſt. 103 ¶ At vero ſicuti viſus eſt viſibilis & inuiſibilis (te & tenebrę nãq; ſunt inuiſibiles, quas etiã viſus diſcernit) & eius quod valde ſplendidũ eſt (& hoc enim inuiſibile dicitur, quãquã non eodẽ, ſed alio modo ꝙ tenebrę) ſicut igitur viſus viſibilis & inuiſibilis eſt, & auditus ſimiliter ſoni ſilentijq;, quorũ alterũ audibile, alterum inaudibile eſt, & etiam ſoni magni perinde atq; ſplendidi viſus (nam vt paruus ſonus, modo quodã inaudibilis eſt, ſic etiam & magnus ac violentus. Inuiſibile vero, multifariã dici ſolet. quoddam perinde dicitur, atq; in cæteris etiam id quod impoſſibile eſt. quoddam hoc pacto, vt aptum quidem ſit id habere quo videri poſſit, illo autem careat, aut habeat remiſſe vel praue, vt informe dicitur aut indoctũ) ſicut igitur, viſus inquam viſibilis & inuiſibilis eſt & auditus ſimiliter, ſic & guſtus guſtabilis & inguſtabilis eſt, quod quidẽ aut exiguũ habet, aut paruũ, aut vaſtantem guſtũ ſaporẽ. Videtur autem potabile & impo-

tabile eſſe principiũ, vtrũq; enim: guſtu percipitur. verum alterũ eſt prauũ, guſtũq; deuaſtat, alterũ eſt amicum naturę. ℂ Eſt autẽ potabile, guſtui cũ tactu cõmune. 104 ℂ At vero cũ guſtabile ſit humidũ, neceſſe eſt & inſtrumentũ ſenſus ipſius neq; humidum eſſe actu, neq; etiã tale vt humectari non poſſit, humidũq; euadere. patitur enim aliquid guſtus ab ipſo guſtabili, ea nimirũ ratione qua guſtabile eſt. Neceſſe eſt igitur inſtrumentũ guſtus, potẽtia quidẽ humidũ eſſe, humectari autem actu. ita autẽ humectari, vt eius cõſeruetur cũ humectatur, & ratio. ℂ Signũ aũt eſt, linguã neq; cum eſt valde ſicca, neq; cũ eſt nimiũ humida, ſentire. Is enim tact⁹ fit humidi primi: perinde atq; ſi cũ pręguſtauerit quiſpiã vehemẽtẽ acrẽve ſaporẽ. deinde aliũ guſtet. & vt in ægrotãtibus fit: quibus cũcta videntur amara, quia lingua ſentiũt tali humiditate referta. 105 ℂ Species autẽ ſaporũ ita ſeſe habẽt, queadmodũ colorũ. Dulce nãque & amarum, contraria ſimplicia ſunt. hæret autẽ dulci quidẽ, pingue: amaro autẽ, ſalſum. At inter hæc collocãtur: acre, acerbũ, acidũ, atq; acutũ. hę nãq; fere differẽtię videtur eſſe ſaporũ. Quare guſtus quidẽ inſtrumentum, id eſt quod eſt potẽtia tale. Guſtabile autem: id quod ipſum actu facere poteſt. Cap. XI.

106 De tangibili autẽ & tactu: eadẽ ratio eſt. Nã ſi tactus nõ vnus ſit ſenſus, ſed plures, neceſſe eſt, & ea quę tactu percipiuntur, plura ſenſibilia eſſe. 107 ℂ Dubitationẽ autẽ iſte loc⁹ habere videtur, vtrũ plures ſint tactus, an vnus tantũ: & de inſtrumẽto tactus quid tandẽ ſit vtrũ ipſa caro & id ꝙ in cęteris ſimile eſt carni, an ita nõ ſit, ſed id qui=

dem ipſum ſit ſenſus huiuſce mediũ, inſtrumẽtũ autem ipſius primum aliud quoddam ſit intus. Omnis enim ſenſus, vnius contrarietatis eſſe videtur. vt viſus, albi nigriq; & auditus: acuti grauiſque. & guſtus dulcis atque amari. At intãgibili: plures inſunt contrarietates, vt patet eſt enim calidũ frigidũ, hnmidũ ſiccũ, molle durũ, & iſtiuſmodi alia.

108 ¶ Sed eſſe videtur ad hanc dubitationẽ, quędã ſolutio. Nam in cæteris etiã ſenſibus plures ſunt cõtrarietates, in voce nãq; nõ ſolum eſt acumẽ & grauitas: ſed etiã magnitudo & paruitas, & lenitas & aſperitas vocis, & alia huiuſcemodi. Sunt & circa colorẽ differẽtię alię tales. Verum quidnã ſit vnum obiectum tactui, ſicut vnum eſt auditui ſonus: nõn eſſe manifeſtũ videtur.

109 ¶ Huius autẽ, vtrũ inſtrumentũ tactus intus ſit poſt carnẽ an nõ ſit, ſed ſtatim ſit ipſa caro: id nõ eſſe ſignũ videtur, ſenſum inquã ilico fieri cum res tactu percipiẽdę tãgũtur. Etenim ſi quis nunc circa carnẽ, ſubtilẽ pellẽ extenderit, deinde rem tactu percipiendam tetigerit: ſenſus ſtatim ſimiliter fiet, & tamẽ patet: in illa pelle, tactus inſtrumentũ nõ eſſe. Quod ſi copulata fuerit: velocius, vt patet, ſenſus perceptio fiet. Quapropter talis pars corporis, perinde ſeſe habere videtur: atq; ſi circũfuſus aer cõiunctus eſſet nobis ac copulatus. tũc enim vno quodã inſtrumento profecto ſonũ, & colorẽ. & odorẽ videremur ſentire, & vnus quidã videretur eſſe nimirum ſenſus, viſus, auditus, atque olfactus. nũc autẽ quia ſeiunctũ eſt id per quod fiũt motus, patet inſtrumẽta iam dicta ſenſuum eſſe diuerſa.

111 ¶ In tactu autem, idipſum nũc latet, fieri enim nequit, vt ex aere vel aqua corp⁹

animatū tantūmodo cōſtet. quippe cū, ſolidū quodam eſſe oporteat. Reſtat igitur, vt ex his atq; terra ſit miſtū: quale eſt ipſa caro, & id quod vicē ipſius ſubit. Quare neceſſe eſt ipſum corpus copulatū, mediū eſſe inter inſtrumentū ipſius tactus & res ipſas tangibiles, per quod fiunt ipſi ſenſus, qui quidē ſunt plures.

112 ¶ Indicat autē plures eſſe, tactus iſce qui in lingua cōſiſtit. nā eadē in parte, & omnes res tāgibiles, & saporē etiā ſentit. Si igitur & cæteræ parte carnis, ſentirent saporē: vnus ideq; tūc ſenſus videretur eſſe pfecto guſtus & tactus. nūc autē quia nō fit cōuerſio: duo diuerſi ſenſus eſſe cēſentur. 113 ¶ At vero, dubitabit hoc loco nō iniuria quiſpiā. Nā ſi corpus quidē omne profunditatē habet, atq; hæc eſt tertia magnitudo, fieri vero nequit vt ea corpora ſeſe mutuo tangāt, inter quę corp⁹ aliquod mediū intercedit, humidūq; nō eſt ſine corpore nec humectatū, ſed neceſſe eſt vel aquā eſſe vel aquā habere, qui fieri poteſt, vt corpus tāgat corpus in aqua? etenim neceſſe eſt, cum extrema nō ſint ſicca, in medio aquā eſſe, qua repleta ſunt ipſa extrema. Quod ſi hoc eſt verū, fieri pfecto nō poteſt, vt corporū tactus fiat in aqua. Eodem etiā modo de iís dici poteſt, quæ in aere collocātur. ſimili nāq; modo, ſeſe habet aer ad ea quæ ſunt in ipſo, & aqua ad ea quæ ſunt in ipſa. latet autē nos magis in hiſce quę in aere collocātur, q̄ in animalib⁹ quę ſunt in aqua, ſi humectatū, humectatū tāgit. 114 ¶ Vtrum igitur omniū ſimili modo ſit ſenſus? an ſenſuū quidā vt nūc videtur eodem, quidā diuerſo modo obiecta ſua percipiāt, guſtus quidē & tactus tāgēdo, cęteri autē eminus? At id profecto nō ita eſt, ſed durū etiā &

molle per alia plane ſentimus,quemadmodũ & id q́ ſonat,& viſibile,ac odorabile,verũ hęc quidẽ,emin⁹, illa vero,cominus ſentiũtur. Quapropter latet,ſi per mediũ illa percipiãtur. nã ſenſibilia cũcta,per mediũ ſentiũtur,ſed in illis idipſum latet,vt dixim⁹. Enimuero ſi per ſubtilẽ pellẽ,vt prius etiã eſt dictũ,poſitã circa carnẽ ſentiremus omnia tãgibilia,idipſum non animaduertẽtes,ſic nos tũ vtiq; ſentiremus vt nũc in aere ſentimus & aqua. nũc em̃ videmur res ipſas tangibiles tãgere,& nullũ mediũ eſſe. 115 ¶ Intereſt autẽ inter tangibile,& ea quę ſonãt,& viſibilia. nã hæc quidẽ ſentimus,medio in nos aliquid agẽte. at tangibilia ſentimus,nõ à medio,ſed vna cum ipſo medio moti, vti fit cũ quiſpiã per clypeũ eſt percuſſus. non enim percuſſus clypeus percuſſit,ſed fit vt ambo ſint ſimul percuſſi clypeus atq; miles. 116 ¶ Omnino autem vt aer & aqua ſeſe habẽt ad viſum & auditũ atq; olfactũ, ſic caro ac lingua ſeſe ad huius inſtrumẽtum ſenſus habere videtur. atq; nec ibi ꝑfecto,nec hic perceptio ſenſus fiet,cũ inſtrumentũ ſenſus à re ſenſibili tangitur.vt quiſpiã ſuper extremũ oculi, corpus poſuerit album. Ex quo etiã plane patet,inſtrumẽtum ſenſus ipſius quo res percipiũtur tangibiles,intus eſſe collocatũ, vt diximus. Sic enim & in hoc ſenſu fiet id porro quod in cęteris ſenſibus fieri ſolet.ſenſibiliũ enim, ſi in ipſis inſtrumẽtis ponantur ſenſuum, non fit vt patet,perceptio, at ſi ſuper carnẽ ponatur tangibile: fit, vt docet experientia,ſenſus. Quare,ſine dubio ipſa caro, medium eſt in tactu. 117 ¶ At qui ea tactu percipiuntur, quæ corporis ſunt vt corpus eſt, differentiæ. Dico autem differentia eas quæ rerum

elemēta diſtinguunt, calidū, frigidū, ſiccū ac humidū, de quibus antea diximus iis in locis in quibus de elemētis ipſis tractauimus. Inſtrumentū autē id quo dictæ qualitates ſentiuntur, & in quo primo ſenſus is collocatur, quē appellare coſueuimus tactū: pars ea ſane eſt, quę eſt potētia talis. 118 ℂ Sentire nāq; pati quoddā eſt, vt diximus. Quare id quod agit: tale illud facit, cū ſit potētia, quale eſt ipſum actu. Quocirca ſimile calidū atq; frigidū, & durū ac molle nō ſentimus, ſed exuperationes, quia ſenſus eſt quaſi mediocritas quędā cōtrarietatis eius quę in ipſis ſenſibilibus ineſt. Et ꝑpter hoc ſenſibilia ipſa diſcernit. nā mediū ipſum extremorū eſt iudex. fit enim ad vtrūq; ipſorum, alterū extremorū. 119 ℂ Atq; vt id quod album nigrumq; percepturū eſt ſenſu, neutrū ipſorum actu, ſed potētia ſit vtrūq; oportet, & in cæteris eodē modo, ſic & in tactu neq; calidum neq; frigidum id actu ſit oportet, ſed vtrumq; potentia, quod vtrūque eſt percepturum. 120 ℂ Pręterea vt viſus viſibilis ac inuiſibilis quodāmodo eſt, vti diximus, cæteriq; ſenſus oppoſitorum ſimiliter, ſic etiā eſt tangibilis ac intangibilis, tactus. Intangibile autē, eſt etiam id quod exiguam admodum differētiam tangibilium habet, quale paſſus eſt aer & exuperationes etiā tangibiliū: qualia ſunt ea quę corrumpere poſſunt. De ſenſuum igitur vnoquoq;, dictum ſit hoc modo quaſi figura.

Cap. XII.

121 HOc autem vniuerſaliter accipere de omni ſenſu oportet, ſenſum inquā id eſſe quod ſenſibiles ſine materia formas ſuſcipere poteſt. perinde atque annuli ſignum ſine ferro vel auro

ſuſcipit cera. ſuſcipit autem æneum vel aureũ ſignũ ſed non vt æs aut aurum,neq; vt ſignum eſt aureum æneũve. Simili patitur & ſenſus vniuſcuiuſque ſenſibilis,modo: ab eo quod habet colorem, aut ſonũ, aut ſaporem. ſed non vt vnumquodque illorũ dicitur:ſed vt eſt tale, & ratione. 122 ¶ Inſtrumentum autem id ſenſus eſt primũ: in quo eſt talis vis atque potentia collocata. Atque ſunt idem:ratio vero non eſt eadem,ſed diuerſa. nam id quod ſentit, aliqua eſt magnitudo:non tamen ratio ſenſitiui. neque ſenſus eſt magnitudo:ſed eſt quędã ratio potẽtiaque illius. 123 ¶ Patet autẽ ex his,& cur ſenſibiliũ exuperationes,ſenſuum inſtrumẽta corrũpunt. nam ſi motus ſit vehementior, inſtrumentique ſenſus ſuperet vires, diſſoluitur ratio.id autẽ,erat ſenſus. diſſoluiturque, perinde atque concentus intẽtione,cum vehementer fides pulſantur. 124 ¶ Patet præterea & quam ob cauſam non ſentiunt plantę:tametſi partẽ aliquã habent animę,atque ab ipſis tangibilibus patiuntur. frigeſcunt enim & caleſiunt,vt patet. Nã huius cauſa eſt,mediocritatẽ non habere, neque principiũ tale vt ſenſibiliũ ſine materia ſuſcipiant formas, ſed cum materia patiãtur. 125 ¶ Dubitabit autem quiſpiã, ſi poſſit id ab odore pati, quod olfacere nequit: aut id a colore quod haud quaquã videre poteſt,& in cęteris ſimili modo. Quod ſi odorabile ſit odor: ſi quid in odoratũ agit,odor profecto agit. Quare fieri nequit,vt ab odore quicquã patiatur eorũ quæ olfacere nequeũt.eadẽ eſt & in cæteris ratio. Nec etiã fieri poteſt vt à ſenſibilibꝰ quicquã patiatur eorũ quę ſentire poſſunt:niſi vt quodq; eſt ſenſitiuũ. 126 ¶ Id

ita eſſe,patere poteſt & hoc etiam pacto. nam neque lumen & tenebræ,neque ſonus,neque odor in corpora quicquam agit:ſed ea nimirum in quibus ſunt ipſa. aer enim qui eſt cum tonitruo, ſcindit lignum. At enim tangibilia ſaporeſq; agũt. ſi enim non agerent,à quonam inanimata paterentur atq; alterarentur? 127 ¶ Quid igitur;agũtne & ſenſibilia illa? at videtur:nõ omne corpus ab odore pati ſonoque poteſt. & ea quæ patiuntur:terminis vacant & non manent,vt aer. olet enim ipſe, tanquam aliquid paſſus. Quid aliud eſt olfacere quidem, præter idipſum,aliquid inquam pati? at enim olfacere quidem, ſentire eſt. aer autem paſſus, cito ſenſibilis fit.

¶ Secundi libri de anima Ariſtotelis, interprete Ioanne Argyropylo,finis.

¶ ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER tertius,ad Coſmam Medicen, interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Caput I.

SENSVM autem nullum alium eſſe præter hos quinq;:viſum inquã,auditum, odoratũ,guſtum,& tactum,ex hiſce profecto quæ nũc deinceps dicemus,credere quiſpiam poteſt. Nam ſi nũc ſenſum omnis eius habemus cuius ſenſus eſt tactus,omnes nanq; rei tangibilis vt eſt tangibilis affectus nobis ſunt ſenſibiles tactu:nullius vtiq; tactus vel guſtus vel olfactus vel auditus vel viſus deeſſe nobis videtur. Præterea, ſi ſenſus nobis deficiat aliquis & inſtrumentum neceſſe eſt illius nobis deeſſe.

¶Præterea,omnis ſenſus per medium ſentit,vt patuit. 129 ¶Mediũ autem: aut cõiunctũ, aut ſeiunctũ externũq; eſſe neceſſe eſt. At nos habemus vtrũque,& id inquã quod eſt cõiunctũ quo quidẽ tangentes ſentimus ſenſibilia tactu,& id etiã per quod eminus nõ tangẽtes ſentimus. id vero: duplex eſt ſpaciũ ſimplex,aer inquam & aqua, Res autem ita ſeſe habere videtur,vt ſi ſenſibilia plura diuerſa genere per vnum mediũ ſentiantur, neceſſariũ ſit eum qui ſenſus inſtrumẽtum habeat tale, ſenſitiuũ illorum eſſe. vt ſi ex aere ſenſus ſit inſtrumentũ & aer ſit mediũ in colore ſentiendo ac ſono. Quod ſi vnũ idemq; per plura media ſentiatur, vt color per aerem atq; aquã (hæc enim vtraque,perſpicua ſunt)is qui alterũ tantum habet ipſorũ,ſentiet nimirũ id quod per vtrũq; ſentiri poteſt. 130 ¶Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantũ,inſtrumẽta ſunt ſenſus,ex aere atq; aqua. etenim pupilla ex aqua. auditus ex aere,odoratus ex horum altero,cõſtat. Ignis,aut nullius eſt inſtrumenti,aut communis omniũ eſt, quippe cum,ſine caliditate nihil ſit ſenſitiuũ. Terra etiã,aut nullius eſt inſtrumenti,aut in tactu maxime,cõmiſta. Quocirca;reſtat nullũ ſenſus inſtrumentũ eſſe præter aerẽ atq; aquã. 131 ¶Hæc autem:nonnulla nũc animalium habẽt. ¶Ab ijs igitur animalium quæ ſunt perfecta, non imperfecta nec membris capta : omnes ſenſus habentur.etenim & talpa, ſub cute oculos habere videtur. 132 ¶Atq; ſi nullum aliud corpus eſt præterea quæ percipimus eſſe,nec vllus alius affectꝰ pręter eos qui corporibus hiſce competũt quæ ſunt hic:nullus profecto deficit ſenſus. 133 ¶At vero neque

ſenſus inſtrumentū quicquā propriū ſenſibiliū communium eſſe poteſt,motus inquā,quietis.figurę,magnitudinis,numeri,vnius:quæ vno quoq; ſenſu ſentimus non per accidēs.Omnia enim hæc,ſane motu ſentimus. etenim magnitudo,motu ſentitur. Quare & figura quidē,cum figura,quædā magnitudo ſit. Et id quod quieſcit,ex eo quia non mouetur. Et numerus:cōtinui negatione,& ſenſibilibus proprijs. vnuſquiſq; nāq; ſenſus,nimirū vnū ſentit. 134 ¶ Quare patet fieri non poſſe,vt communiū cuiuſq; ſit proprius ſenſus.ſi enim eſſet, perinde tūc fieret atq; nūc viſu dulce ſentimus.quod quidem propterea fit, ꝙ vtrorūque ſenſum habemus,quo,cū cōcurrūt,agnoſcimus. Quod ſi ita nō eſſet, nullo alio modo profecto niſi per accidens ſentiremus, quo pacto filium ſentimus Cleonis non enim Cleonis filium,ſed albū ſentimus. huic autē accidit,vt filius ſit Cleonis. At cōmunium habemus iam ſenſum cōmunē, nō per accidēs ſane. Nullus igitur ipſorū, ſenſus eſt proprius. nullo enim ſentiremus modo: niſi eo, quo diximus filiū videre Cleonis. Propria autem ſenſibilia ſenſus ipſi per accidēs,alter alterius ſentiūt:nō hoc ſane quo ipſi ſunt ſed quo vnus,cum ſimul in eodē ſenſus efficitur,ceu bilem amarā eſſe ac flauā. non enim ad alterum pertinet:vnū,ambo hæc eſſe dicere. Quapropter & errat,& ſi ſit quippiā flauū. 135 ¶ Queri poteſt autē cuiuſnam gratia plures ſenſus,ſed non vnum tantū habemus. At vt minus ipſa quæ ſequūtur atq; communia lateant,vt motus,& magnitudo, & numerus. Nam ſi eſſet ſolus viſus qui quidē eſt & coloris,magis laterēt,ac idem eſſe omnia videren

tur,propterea quod color & magnitudo ſimul ſe ſe=
quuntur & comitantur.nunc autē cum in alio quo=
que ſenſibili ipſa cōmunia ſint, fit inde perſpicuum,
vnūquodq; illorū, aliquid aliud eſſe atq; diuerſum.

Cap. II.

136 CVm autē ſentiamus nos videre ac audire,
neceſſe eſt aut viſu ſentiamus nos videre,
aut alio ſenſu. At ſi alio ſenſu,tum idē ſen=
ſus erit & ipſius viſus,& etiā coloris ſubiecti.Quare
vel duo ſenſus eiuſdem erunt ſubiecti, vel ſeipſum
ſentiet ipſe. Prȩterea ſi alius ſit ſenſus qui percipit ip=
ſum viſum:aut in infinitū fiet abitio, aut erit aliquis
ſenſus qui ſeipſum percipiet ſentientē. Quare idip=
ſum in primo ſenſu cōtinuo eſt faciēdū. 137 ¶At
hinc oritur dubitatio. Nam ſi viſu quidem ſentire nil
aliud eſt quā videre, videtur autē color vel id quod
habet colorem,ſi quippiam viderit id quod videt, &
colorem id habebit profecto quod videt primum.
138 ¶Patet igitur,nō vnum idipſum eſſe,ſentire in=
quam viſu.nam cum nō videmus, tenebras & lumē
viſu diſcernimus, ſed non eodem, vt patet, modo.
¶Præterea idipſum etiam quod videt, colore quo=
dammodo delibutū eſt. Inſtrumentū enim vniuſcu=
iuſq; ſenſus, ipſum ſenſibile ſine materia ſuſcipit, vti
diximus. ¶Quocirca ſenſibilibus ipſis ſemotis, in=
ſunt in ſenſuū inſtrumentis ſenſus imaginationeſq;.
Atqui operatio rei ſenſibilis atque ſenſus,vna quidē
& eadē eſt, at earū ratio non eadē eſt. dico autē, ſo=
num actu, & auditū actu fit enim vt is qui auditū ha=
bet,nō audiat,& id quod habet ſonū non ſemper ſo
net,ſed cum operatur id quod audire poteſt.& ſonat

id quod ſonum efficere poteſt, tum ſimul fit & auditus actu, & ſonus etiã actu. quorũ alterũ quiſpiã auditionẽ, alterũ ſonationẽ eſſe, nõ incõgrue dicere poteſt. 139 ¶ Quod ſi motus & actio atq; paſſio in eo eſt quod patitur atq; mouetur, neceſſe eſt & ſonũ & auditũ actu, in auditu qui eſt potẽtia eſſe. agẽtis nãq; mouentiſq; operatio, in ipſo patiente ſuſcipitur atq; ineſt. Quocirca, non neceſſe eſt id quod motu ciet, moueri. Actus igitur ſonatiui, ſonus eſt, vel ſonatio auditiui vero, auditus, vel auditio. duplex enim eſt auditus, & duplex etiã ſonus. 140 ¶ Eadẽ eſt, & in cæteris ſenſibus ac ſenſibilibus, ratio. atq; vt actio paſſioq; nõ in agẽte eſt, ſed in eo quod patitur, ſic & ipſius ſenſibilis actio in ipſo eſt ſenſitiuo. Sed in quibuſdã nomina quoq; ſunt poſita, vt ſonatio ac auditio, in quibuſdã autem caret alterũ nomine. operatio enim viſus, viſio dicitur, at coloris, nomine vacat. operatio præterea guſtus, guſtatio dicitur, at ſaporis, nomẽ nõ habet. 141 ¶ Hęc cum ita ſint, atq; vnus actus rei ſenſibilis ſenſitiuiq; ſit, quãuis diuerſas habeat rationes, ſicuti diximus, neceſſe eſt ſimul corrũpantur, ſimulque ſint ſalua, auditus ac ſonus, qui hoc modo dicuntur. & ſapor itidem & guſtus, cæteraque ſimiliter. At ea quæ dicuntur potẽtia, nõ hanc ipſam profecto neceſſario ſubeũt legẽ. 142 ¶ Non recte igitur priores naturales Philoſophi ſentiebant, qui quidẽ ſine viſu neq; albũ vllum neq; nigrũ eſſe dicebant, neque item vllum ſine guſtu ſaporẽ. Nam partim recte, partim non recte cenſebant. etenim cũ dupliciter ſenſus ſenſibileq; dicatur, potẽtia atque actu, in his quidẽ ſecũdis fit idipſum ſane quod dictũ eſt,

in illis autem primis non fit,vt luce clarius extat. At illi de hiſce ſimpliciter loquębantur,quæ ſimpliciter non dicuntur. 143 ¶ Quod ſi vox quædã concentus eſt,vox autẽ & auditus tũ vnũ,tum non vnũ aut non idem ſunt,& cõcentus eſt ratio, neceſſe eſt & auditum quandã eſſe rationẽ. Atque ob idipſum exuperãs quodque tam acutũ quam graue, corrũpit auditum atque deuaſtat.& in ſaporibus,guſtũ & in coloribus viſum,id quod nimiũ eſt ſplendidũ & tenebroſum & in odoribus,vehemens odor,ſiue dulcis, ſiue amarus. quia ſenſus ipſe,quædam eſt ratio rata. ¶ Quocirca ſenſibiliũ ea quæ ſyncere talia, quæque ſimplicia ſunt,vt acutũ,vel dulce,vel ſalſum, cũ reducuntur ad rationẽ, ſenſui ſunt iocũda. tunc enim,ipſum delectare videntur. Omnino autẽ ipſum miſtũ magis concentus eſt,quam acutũ vel graue. Tractui quoque non calidum ſane ſimplex ac frigidum,ſed id quod eſt ad rationem redactum, amicum eſt atq; iocundum. enimuero, ſenſus ipſe ratio quędam eſt, vti diximus ſenſibilium autem ea quæ exuperant, aut dolorem afferunt ipſi, aut tandem ipſum corrũpunt. 144 ¶ Vnuſquiſq; igitur ſenſus, vt ſæpe diximus, ſenſibilis eſt obiecti. eſtq; in inſtrumẽto ſuo ea ratione,qua illud ſenſus eſt inſtrumentũ, & differentias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit. vt albũ quidẽ & nigrũ, viſus: dulce autẽ & amarũ, guſtus. & cęteri ſimiliter ſenſus. 145 ¶ At enim cum albũ & dulce, & ſingula ſenſibiliũ ad ſingula nimirũ aliquo cõparemus ac diſcernamus & ſentiamus differre,neceſſe eſt idipſum profecto fieri ſenſu. quippe cũ,illa ſenſibilia ſunt. 146 ¶ Quo patet: carnẽ vltimũ inſtrumẽtũ

ſenſus nõ eſſe,nã neceſſe eſſet id quod diſcernit,tangendo diſcernere. ¶ Fieri igitur nõ poteſt vt ſeparatis diſcernatur dulce diuerſum eſſe ab albo , ſed vni cuipiã ambo nota eſſe oportet, illo nãq; modo ſane pateret inter ſeſe illa differre, etiã ſi alterũ ego, alterũ tu ſentires. Vnũ igitur dicat oportet, diuerſa eſſe dulce ac albũ. Dicit igitur idem, quare vt dicit: ſic & intelligit atq; ſentit. Patet ergo, fieri nõ poſſe vt ſeparatis ſeparata diiudicentur. At hinc patet,neque fieri poſſe vt ſeparato in tẽpore diſcernãtur. Nam vt idẽ aliud eſſe bonũ ac malũ dicit,ſic quando alterũ dicit aliud eſſe,tunc & alterũ etiã dicit. atq; dico quando, non per accidẽs,veluti nũc dico quippiã aliud eſſe, non tamen dico illud nunc aliud eſſe.ſed hoc pacto nunc dicit,vt dicat,& nunc illud eſſe. ſimul igitur dicit.Quo fit,vt inſeparabile & inſeparabili tẽpore,ſeparata diſcernat. 147 ¶ At vero fieri nõ poteſt,vt ſimul idẽ ea ratione qua indiuiſibile eſt,& in indiuiſibili tempore motibus cõtrarijs moueatur. At dulce quidẽ,ſic mouet ſenſum ac intellectũ, amarũ autẽ,cõtrario modo.& albũ.itidẽ diuerſo. Eſtne igitur quod diſcernit,indiuiſibile quidẽ numero, ſeparatũ autem ratione? Partim igitur vt diuiſibile,res ſentit diuiſas: partim vt indiuiſibile. nã ratione quidẽ, diuiſibile:loco autẽ atq; numero,indiuiſibile eſt. 148 ¶ An id minime fieri poteſt? idem enim potẽtia quidẽ eſt ipſa contraria,& diuiſibile & indiuiſibile:actu autẽ eſſe non poteſt,ſed patiẽdo diuiſibile eſt. At fieri nequit: vt ſimul ſit album & nigrũ. Quare neq; formas ipſorum ſimul ſenſus ac intellectus ſi talia ſint vt patiantur,ſuſcipiẽt. 149 ¶ Atenim hoc perinde ſeſe ha-

bet,atq; id quod quidã punctũ appellant,quod quidem tũ vnũ eſt,tum duo,quo pacto & diuiſibile eſt. Quo igitur indiuiſibile eſt:hoc vnũ eſt id quod diſcernit,ac ſimul.quo vero eſt diuiſibile, hoc non vnũ eſt.bis enim,eiuſdẽ ſigni ſimul fit vſus.Quo vero finis vſus fit vt duorũ:hoc duo diſcernit, atq; eſt ſeparata vt ſeparatũ.quo vero vnũ eſt,hoc vnius fit vſus & ſimul. Sed de principio quidẽ quo dicimus animal ſenſitiuum eſſe:ſit hoc modo determinatum.

Cap. III.

150 Vm autẽ duabus priſci differẽtijs maxime
C diffiniant animã,motione inquã loco accõmodata,& intelligẽdo & diſcernẽdo ac ſentiendo:conſiderandũ eſt ſi quid interſit inter intelligere ac ſentire. Videtur nãq; tam intelligere q̃ etiã ſapere:veluti quoddã eſſe ſentire. etenim his vtriſque rerũ aliquas anima diſcernit atq; cognoſcit. Et veteres:idẽ eſſe ſapere ſentireq;,cenſent. quẽadmodũ & Empedocles dixit,Ad pręſens,hominũ creſcit ſapiẽtia ſemper,& alio rurſus in loco.Hinc:varia his ſemper prudentia ſomnia monſtrat.Idẽ & Homerus,his carminibus ſenſiſſe videtur. Tales nãq; inſunt mentes mortalibus ipſis.Quales quotidie ſummi fert rector olympi. 151 ¶ Etenim omnes hi, putant ipſum intelligere corporis eſſe,perinde atq; ipſum ſentire.Et ſentire ſimili ſimile arbitrantur & ſapere: vt in ſuperioribus diximus locis. ¶ Oportebat tamen ipſos:de errore quoq; deceptioneve diſſerere. ſunt enim hæc magis propria animaliũ, pluſq; id temporis eſt quo in his anima verſatur,vt patet.Idcirco neceſſe eſt aut vniuerſa quę videtur, vt quidã inquiũt,

eſſe vera,aut diſſimilis rei tactũ,errorẽ eſſe deceptionemve. quippe cum:id ſit contrariũ illi, ſimili inquã cognoſcere ſimile. Videtur autẽ,& deceptio & ſcientia contrariorũ eſſe eadem. 152 ¶ Non idẽ igitur eſſe ſentire ac ſapere,patet. illud enim, omnibus animalibus:hoc,valde paucis ineſt. At neque intelligere idem eſt ac ſentire : intelligere inquam quo recte atque non recte res percipi ſolent. quod nanq; recte percipit:id eſt prudentia & ſcientia atque opinio vera. at quod non recte:id eſt nimirum his dictis contrarium. Etenim propriorum ſenſus, ſemper eſt verus,& vniuerſis animalibus ineſt. at fit vt falſo quoque quis ratiocinetur:neq; cuiquã competit cui non ineſt & ratio. 153 ¶ Imaginatio nanque, diuerſa eſt a ſenſu,menteq; atque neque hæc fit ſine ſenſu: neq; exiſtimatio ſine hac eſſe poteſt. ¶ Non idem autem eſſe imaginationẽ exiſtimationẽve, patet. Hic enim affectus, in poteſtate noſtra ſine controuerſia collocatur. licet nanq; cum libet fingere quicquid volumus,atque ante oculos ponere, perinde atque ij faciunt qui artificioſæ memorię cõparatis atq; diſpoſitis locis imagines fingunt atq; ſimulacra collocant. At opinari:in nobis nõ eſt ſitũ. neceſſe eſt enim opinãtem, aut verã aut falſam exiſtimationem habere. 154 ¶ Pręterea cũ opinamur aliquid malũ eſſe atque terribile:continuo perturbamur. ſimiliter:& cum opinamur quippiã eſſe tale,vt in illo ſit confidendũ. At cum imaginamur talia,perinde afficimur atque ſi in pictura,eadem ſpectaremus. Sunt autem & exiſtimationis ipſius hæ differentiæ, ſcientia & opinio & prudentia,& ea quæ ſunt hiſce cõtraria. de differen-

tia quorum alius ſit ſermo magis ad idipſum accommodatus. 155 ¶ At vero cũ diuerſum ſit ſentire ac intelligere,& huius aliud imaginatio, aliud exiſtimatio eſſe videatur,de imaginatione primo, deinde de altero dicamus oportet. Si igitur imaginatio,id eſt phantaſia,ſit id quo viſum, phantaſmaq; aliquod in nobis dicimus fieri,& non aliud quicquam quod per tranſlationẽ hoc eodẽ nomine nuncupetur,ipſa profecto vna quędam eſt potentiarum earum aut habituũ quibus diſcernimus,& aut vere percipimus, aut falſo. Tales autem ſunt,ſenſus,opinio,ſcientia,intellectus. 156 ¶ At ipſam nõ eſſe ſenſum,ex hiſce patere poteſt. Senſus enim,vel eſt potentia vel operatio, vt viſus vel viſio. at nõnunquã neutrũ eſt iſtorũ: & tamen apparent aliqua, videmurque videre, vt ea quæ in ſomnis apparent. Deinde:ſenſus quidẽ ſemper adeſt,imaginatio autem non ſemper. Quod ſi idẽ eſſet imaginatio ac operatio: beſtijs imaginatio profecto cũctis ineſſet. at non ineſſe videtur; vt api, aut formicæ, aut vermi, Præterea, illi quidẽ veri ſunt ſemper:imaginationes vero plures fiunt, vt patet,falſæ. Præterea cum exacte circa ſenſibile operamur,nõ dicimus hoc nobis hominẽ videri ac apparere: ſed potius cum non clare ſentimus, quando etiam fit vt ſit verus ſenſus & falſus. Atque nobis (quod quidem paulo antea dicebamus) clauſis etiam oculis,viſa videntur atq; apparent. 157 ¶ Atqui nec vllus habituum eorũ erit qui veri ſunt ſemper: vt ſciẽtia vel intellectus. eſt enim & falſa imaginatio, nõ ſolũ vera. Reſtat igitur:vt perſcrutemur ſi ſit opinio. Fit enim opinio,& vera & falſa. verũ opinionem quidem, ſe=

quitur fides. quippe cũ fieri nequeat, vt hiſce quiſquã non credat, quorũ habet opinionẽ. Beſtiarum autẽ, fides quidẽ nulli: imaginatio vero, compluribus ineſt. Præterea, fides omnẽ opinionem ſequitur, perſuaſio fidẽ, ratio perſuaſionem. At imaginatio quidẽ, quibuſdã beluis ineſt, ratio autẽ nullis. 158 ¶ At vero patet nec opinionẽ eſſe cum ſenſu, nec opinionẽ per ſenſum, nec opinionis ſenſuſve coniunctionẽ, & per ea quæ dicta ſunt, & hac etiã ratione. patet enim ſi imaginatio ſit opinionis ſenſuſq; coniunctio, opinionem non cuiuſvis rei, ſed eius eſſe cuius eſt etiam ſenſus, dico autẽ imaginationem ſi ſit cõiunctio ſenſus opinioniſve, coniunctionẽ eſſe opinionis albi, & ſenſus eiuſdem albi. nõ enim erit ex opinione quidẽ boni, ſenſu autẽ albi. Apparere igitur, eſt opinari rẽ eam quã ſentit nõ per accidens. 159 ¶ At apparent nõnunquã etiam falſa, de quibus ſimul verã opinionem habet. ſol enim pedalis quidẽ apparet, at perſuaſum eſt terra ipſum eſſe longe maiorẽ. Fit igitur vt aut ſuam is opinionem quã habet verã abijciat, re modo eodẽ ſeſe habente, non oblitus, nec diſſuaſus, aut ſi adhuc illam habeat, eadẽ ſit neceſſario falſa ſimul & vera. At conſtat opinionem tum euadere falſam, cum res mutata latet. ¶ Neque igitur vnum eſt iſtorum, imaginatio: neq; ex his eſt cõiunctum. 160 ¶ Verum quoniã fieri poteſt vt aliud moueatur ab eo ipſo quod motũ eſt, imaginatio vero motio quędam eſſe videatur, & nõ fieri ſine ſenſu, ſed ſentiẽtib⁹ & eorũ etiam eſſe quorum eſt ſenſus, fit autẽ vt motus oriatur a ſenſu iam actu, quem quidẽ neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilẽ eſſe. 161 ¶ Imaginatio motio hæc

eſt profecto quę neq; ſine ſenſu nimirum eſſe.neque cōpetere non ſentientibus poteſt. ¶ Atq; multa per ipſam id agere pative contingit, quod ipſam habet. & inſuper,& veram & falſam eſſe.Atq; id propterea fit,ꝙ ſenſus quidem propriorū eſt verus,aut raro admodum ſuſcipit falſitatē. At eſt ſenſus,eius etiam rei cui propria ſenſibilia accidunt . vbi iam fit, vt ipſe ſit falſus. nam nō eſt falſus ſi album dixerit eſſe,ſed ſi album,hoc aut aliud eſſe. Eſt præterea cōmuniū, ſenſus, quæ quidē perinde atq; propria iJs accidunt quæ ſunt per accidens ſenſibilia.dico autē motum & magnitudinē, quæ vt patet accidunt ſenſibilibus, circa quę maxime error deceptioq; fieri ſenſu poteſt.Motus igitur iſce qui fit à triplici tali ſenſu, differentiam ob idipſum nimirū habebit.atq; primus quidē, cum operatio ſenſus adeſt verus, cæteri vero falſi etiam eſſe poſſunt, & præſente atq; abſente,pręſertim cum à ſenſu longe ſenſibile diſtat.Si igitur nihil aliud pręter imaginationem habeat ea quæ dicta ſunt, ſitque idipſum quod diximus ipſa,imaginatio motus is eſt profecto qui fit à ſenſu iam operante. 162 Cum autē viſus maxime ſit ſenſus, hinc eſt quod nomē imaginatio ab ipſo lumine ſumpſit phantaſiaq; dicitur, quia ſine lumine viſio fieri nequit. At quia imaginationes immanent, ſenſibuſque ſimiles ſunt,ideo per ipſas animalia,, beſtiæ inquā atque homines, multa agunt illæ, quia mētis ſunt,vt patet,expertes.homines,quia mens perturbatione nōnunquā vel morbo vel ſomno ſubmergitur. Sed de imaginatione quidē, determinatū ſit hactenus. ſatis enim quidnā ipſa ſit,& cur ſit: hiſce quæ iam dicta ſunt, explicauimus.

Cap. IIII.

1 DE animę autē ea parte qua cognoſcit atq; ſapit, ſiue ſit ſeparabilis ſiue nō ſeparabilis magnitudine, ſed ratione, conſiderādum deinceps eſt quam differentiā habet, quoq; pacto tandē fit intelligere. 2 ¶ Si igitur ipſum intelligere ſit vt ſentire, aut pati quoddā erit ab ipſo intelligibili, aut aliquid aliud tale. 3 ¶ Vacare igitur ipſam paſſione, ſed formæ ſuſceptiuā eſſe, oportet. & potentia talem, ſed nō illam eſſe. & ſimilitudinē ſubire cum ſenſu, vt quemadmodū ſeſe habet ad ſenſibilia ſenſus, ſic ſe habeat ad intelligibilia intellectus. 4 ¶ Quare neceſſe eſt ipſum, cū vniuerſa intelligat, non miſtū eſſe, ſicut Anaxagoras dixit, vt ſuperet atq; vincat, id eſt vt cognoſcat atq; percipiat. alienū nanq;, cū apparet iuxta prohibet atq; ſeiungit. 5 ¶ Quo fit, vt neque vlla ſit ipſius natura, niſi ea ſolum qua poſſibilis eſt. Is igitur qui intellectus animę nuncupatur (dico autem nunc eū quo ratiocinatur anima & exiſtimat) nihil eſt actu prorſus eorum quæ ſunt antea quam intelligat ipſe. 6 ¶ Quocirca neq; cum corpore miſtū ipſum eſſe, conſentaneū eſt rationi, qualis enim quidā fieret, calidus aut frigidus, & inſtrumentū aliquod ipſius eſſet profecto, ſicut eſt ſenſus. nunc autē, ipſius nullū prorſus eſt inſtrumentū Atq; bene recteque cenſent, qui formarū locum animā inquiūt eſſe. attamen neq; tota eſt locus, ſed intellectiua, neque eſt actu ſed potentia, formæ. 7 ¶ Atqui paſſionis vacuitatē non ſimilē eſſe ſenſitiui atq; intellectui, patet in ſenſuum inſtrumentis, atq; in ipſo ſenſu. Senſus enim, ex vehemente ſenſibili ſentire non poteſt. auditus nanq;, non au=

dit ſonum, poſt magnos ſonos. & viſus non videt. atq; odoratus non olfacit: poſt vehementes colores, atq; odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto, non minus ſane, ſed magis percipit intelligitq; inferiora. ſenſitiuum enim, non eſt ſine corpore. at intellectus ab eodem eſt ſeparabilis. 8 ¶ Factus autem vnumquodq; perinde atq; is qui dicitur actu ſciens, quod quidem tum accidit cum ipſe per ſeipſum operari poteſt: eſt quidē & tunc quodāmodo potentia, ſed nō perinde vt erat antea q̄ didiciſſet vel inueniſſet. 9 ¶ Atq; tunc, ſeipſum etiam intelligere poteſt. ¶ Cum autem aliud ſit magnitudo aliud magnitudinis eſſe, & aliud aqua aliud aquę eſſe, & in aliјs itidē multis (non enim vniuerſis hic modus accōmodatur, ſed ſunt in quibus hæc ipſa ſunt eadē, nō diuerſa) aut alia ſane, aut parte quidem eadem ſed aliter ſeſe habente, carnem & eſſe carnis diſcernit, caro nanq;, nō eſt ſine materia, ſed perinde atq; ſimū, hoc eſt in hoc. 10 ¶ Senſitiua igitur parte, calidū diſcernit & frigidum, quorum quædā eſt ratio, caro. alia vero eſſe carnis diſcernit, aut ſeparabili, aut ſeſe habēte ad ſeipſam perinde atque ſeſe habet cum extenſa fuerit, linea flexa. 11 ¶ Rurſus in hiſce quæ in abſtractione conſiſtunt, eadem eſſe videntur. rectum enim, ſe habet vt ſimū. eſt enim ipſum, cum continuo ſemper. Quod ſi quidditas ſit diuerſa, aliud eſt profecto eſſe recti, aliud ipſum rectum, vt ibi ſit enim, dualitas. Quare fit: vt hæc etiam alia, vel alio modo ſeſe habente parte diſcernat. ¶ Omnino igitur vt res ſeparabiles ſunt à materia, ſic ſeſe habent & ea quæ ſunt circa intellectum ipſum. 12 ¶ Dubitabit autem non

iniuria quiſpiam, quonã modo intelliget intellectus, ſi ipſe quidem ſimplex ſit ac paſſionis expers, nihilq́; habeat cum vlla re prorſus cõmune, ſicut Anaxagoras aſſerit, intelligere autẽ pati quoddam ſit vt diximus. quo nãq́; quippiam eſt vtriſq; cõmune: hoc nimirum alterũ agere, alterũ pati videtur. 13 ¶ Pręterea ambiget quiſpiã, ſi ipſe etiã intelligibilis ſit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus, niſi alia ratione ſit intelligibilis ipſe, intelligibile autẽ vnum quoddã eſt ſpecie, aut aliquid ipſe miſtum habebit, quod ipſum intelligibilẽ perinde atq́; cætera facit. 14 ¶ At enim ipſum pati diuiſum eſt prius vna quadã ratione communi. Atq; intellectus, potentia quidẽ eſt quodam modo intelligibilia ipſa, actu vero nihil eſt eorũ antea q̃ intelligat ipſa. Oportet autem in ipſo nihil eſſe, perinde atq́; in tabula, nihil eſt actu ſcriptum antea q̃ in ipſa ſcribatur. hoc enim in ipſo fit atq; accidit intellectu. 15 ¶ Eſt etiã intelligibilis & ipſe, vt intelligibilia cuncta. Nam in hiſce quidẽ quę ſine materia ſunt: intelligens & id quod intelligitur idẽ eſt. etenim idẽ eſt, cõtemplatiua ſcientia, & id quod ita ſub ſcientiã cadit, ſed cur nõ ſemper intelligit: cõſiderãda eſt cauſa. 16 ¶ In ijs autẽ quę materiã habent, vnũquodq́; intelligibilium potẽtia eſt. Quare, illis quidem non inerit intellectus. nam intellectus taliũ, potentia ſine materia eſt. ipſe autẽ, intelligibilis rationem ſubibit.

Cap. V.

17 CVm autẽ in omni natura ſint quædã, quorũ alterum quidẽ vnicuiq́; generi materies eſt, quod id eſſe patet quod eſt potẽtia illa cuncta, alterũ vero cauſa eſt & efficiẽs omnia, nimirum

efficiendo atq; agẽdo talem ſubiẽs rationẽ,qualẽ ars conditionẽ ad materiã ſubit, neceſſe eſt & in anima differẽtias has eaſdẽ ineſſe. 18 ❡Atq; quidã eſt intellectꝰ talis vt omnia fiat, quidã talis vt omnia agat atq; efficiat,qui quidẽ vt habitus eſt quidã, & perinde ac lumẽ.nã & lumẽ:colores qui ſunt potẽtia, actu colores quodãmodo facit. 19 ❡Et is intellectus: ſeparabilis eſt & non miſtus paſſioneq; vacat, cum ſit ſubſtantia actus.ſemper enim id quod efficit atq; agit,præſtabilius eſt eo quod patitur,& ipſum principiũ omnino materia. 20 ❡Sciẽtia autẽ ea quæ eſt actu,eſt idẽ quod res. ea vero quæ eſt potentia, in vno,prior eſt tẽpore,abſolute autẽ,neq; tẽpore. ſed non nunc quidem intelligit,nũc autẽ non intelligit. ❡Separatus vero,id eſt ſolũ quod eſt, atq; id ſolum eſt immortale perpetuũq;. ❡Non autẽ recordamur: quia hoc quidẽ expers eſt paſſionis. Intellectus vero paſſiuus,extinguitur & ſine hoc,nihil intelligit.

Cap. VI.

21 INdiuiſibiliũ igitur intellectio, in hiſce conſiſtit,circa quæ falſitas nõ eſt. At in quibus & falſitas iam & veritas ineſt: in hiſce compoſitio quædam iam eſt conceptuum intellectus, quaſi ipſi ſint vnum. Atque vt Empedocles dixit.

Multorum certe capita,admirabile dictu,
Ceruice abſque fuere exorta in luminis aura.

Illa tamẽ dulcis poſt hoc cõcordia iũgit:ſit & hęc ſeparata,cõponi ſolent, vt incõmenſurabile & diameter. 22 ❡Quod ſi eorũ etiam quę fuerunt vel erũt ſit compoſitio: & tẽpus inſuper intelligitur atq; additur.falſitas enim, in compoſitione ſemper cõſiſtit.

nam ſi album non album eſſe dicat, ipſum tum non albū cōponit. Licet autē ꝑ diuiſionē etiam omnia dicere. Attamē falſitas aut veritas nō ſolū cōſiſtit in hoc, Cleon eſt albus, ſed in his etiā, Cleon erat, vel erit albus. Id vero quod ſingulos dictos conceptus cōponit vnūq; facit, ipſe eſt intellectus. 23 ❡ Cum autē dupliciter indiuiſibile dicatur, aut potentia, aut actu: nihil prohibet intellectū cū lōgitudinē intelligit, indiuiſibile intelligere, & in indiuiſibili tēpore. eſt enim, indiuiſibilis actu. Et tempus: perinde atq; longitudo diuiſibile ac indiuiſibile eſt. Non igitur dici poteſt, quid in vtroq; tēporis dimidio intelligebat. non eſt enim, ſi non diuiſio fiat, niſi potentia. At cum vtrūq; ſeorſum intelligit: diuidit ſimul & tempus, atq; tunc vt longitudines, illa intelligit. Quod ſi lōgitudinē vt ex vtriſque conſtantem intelligat: in eo quoque tempore nimirum ipſam intelligit, quod ex vtriſq; pari modo tēporib⁹ cōſtat atq; cōponitur. 24 ❡ Quod vero nō quātitate, ſed forma eſt indiuiſibile. id in indiuiſibili tempore & animæ indiuiſibili percipit atq; intelligit. per accidēs autē, & nō hoc ſane quo illa diuiſibilia ſunt id quod intelligit & tempus in quo intelligit, ſed hoc quo indiuiſibilia ſunt. Ineſt enim & in his indiuiſibile quiddam: at fortaſſe nō ſeparabile, quod quidem vnum tam tempus ipſum quā ipſam longitudinē facit. atq; id: in omni ſane cōtinuo & tēpore & lōgitudine ſimiliter ineſt. 25 ❡ Punctū autē, omniſq; diuiſio, & id quod eſt ſic indiuiſibile: perinde atq; priuatio cognoſcitur manifeſtūq; euadit. ſimilis eſſe videtur & in alijs ratio. hoc enim modo: malū cognoſcit, atq; etiā nigrū. contrario nāq; quo-

dam modo,cognoſcit. ¶ Id autem quod cognoſcit, potētia nimirū eſſe,& in ipſo potētiā ineſſe oportet. Quod ſi cauſarū alicui nullū ſit omnino cōtrariū:illa ſeipſam profecto cognoſcit,& eſt actus,& etiā ſeparabilis.
26 ¶ Eſt autē dictio quidē, quippiā de quopiā,quēadmodū affirmatio. atq; omnis: eſt vera vel falſa. At intellectus non omnis,ſed qui eſt ipſius quid eſt ad formā accōmodati,eſt verus,& nō quippiā de quopiā dicit. Sed vt viſio proprij ipſius eſt vera,ſi vero albū hominē eſſe dicat aut non, non ſemper eſt vera ſic ſeſe habent ea quæ ſine materia ſunt.

Cap. VII.

27 SCientia autē ea quæ eſt actu, eſt idem quod res,ea vero quæ eſt potentia, in vno: prior eſt tempore. ſimpliciter autē, neq; tempore. ſunt enim vniuerſa quæ fiunt, ex eo quod actu eſt.
28 ¶ Senſibile autem,ad actum ex potentia ſenſitiuum ipſum deducere, actuque videtur efficere. non enim patitur ac alteratur. Quapropter,alia quædam eſt hæc ſpecies motus,nam motus,actus eſt imperfecti.at actus ſimpliciter qui quidem eſt rei perfectę, alius eſt omnino diuerſuſque ab illo. Sentire igitur, ipſi dicere ſolum ac intelligere ſimile eſt. Cum autē ſenſus iocundum aut moleſtum diſcernit, quaſi affirmauerit aut negauerit, tum perſequitur aut fugit.
29 ¶ Atq; delectari aut dolere,eſt operari ipſa medietate ſenſus ad bonū aut malū,vt talia ſunt,& fuga & appetitus qui eſt actu,hoc ſunt. & nō aliud eſt appetitiuū,aliud fugitiuū, nec alia ſunt iſta a ſenſitiuo, quāquam ipſorum ratio non eſt eadem, ſed diuerſa.
30 ¶ Animę autē quæ principiū eſt ratiocinādi,ipſa

phãtaſmata perinde atq; ſenſibilia ſenſui ipſi, ſubijciũtur. atq; cũ bonũ aut malũ eſſe dicit affirmãdo aut negando: tũ fugit aut perſequitur. Quapropter: ipſa anima ſine phãtaſmate nunquã intelligit. 31 ¶ Fit autẽ & hic: perinde vt ibi. nã aer quidẽ pupillã talẽ efficit: ipſa autem, aliud. & auditus ſimili modo. ipſum vero vltimũ: vnũ quidẽ eſt, & medietas vna. at ipſius, plures ſunt rationes. Quo vero diiudicat atq; diſcernit calidũ a dulci differre: dictum & prius eſt, & nunc etiã eſt dicẽdũ. eſt enim vnũ quid ipſum, & ita vnũ vt terminus. 32 ¶ Atq; hęc ipſa vnũ ſunt, aut ſimilitudine rationis, aut numero quem habent ad vtrũq; vt illa inter ſeſe habẽt. Quid enim intereſt, ſi quonã pacto diſcernit aut ea quæ ſub eodẽ genere collocãtur aut cõtraria, dubitemus, vt albũ ac nigrũ? Sit igitur vt eſt A quod eſt albũ, ad B quod eſt nigrũ ſic C ad D. quare mutato ordine cõparationẽ etiam eorũdẽ vere facere licet. Si igitur C D ſint vnũ: ipſa profecto ſeſe habebũt perinde atq; A B, vt ſint idem & vnũ, non eandẽ autẽ habeant rationẽ, & illa ſimili modo. Eadẽ erit omnino ratio, & ſi A quidẽ ſit dulce, B vero albũ. Intellectiuũ igitur, ipſas formas in phantaſmatibus ipſis intelligit. 33 ¶ Et vt in illis ipſi definitũ eſt id quod fugiendũ eſt vel ſequẽdum, ſic & ſine ſenſu cum in phãtaſmatibus eſt, mouetur. ſentiẽs enim ſignũ face datum ignẽ eſſe, videnſq; ipſum cõmuni ſenſu agitari motu, cognoſcit hoſtẽ accedere at nõnunquã hiſce quæ ſunt in anima phantaſmatibus, aut mẽtis cõceptibus, quaſi videns, ad ea quæ ſunt pręſentia ratiocinatur atq; deliberat de futuris. 34 ¶ Et cum dixerit hic aut ibi rem eã eſſe

quę voluptatem aut dolorẽ affert,tum fugit aut perſequitur,& omnino aliquid agit. Ipſum etiã verũ ac falſum quæ ſine actione ſunt: in eodẽ genere ſunt in quo ſunt bonum ac malũ,ſed abſoluti differunt atq; cuiuſpiã ratione. 35 ❡At vero res eas quę vocitãtur ob abſtractionem abſtractę, hoc pacto intelligit. nam vt ſi quiſpiã ſimitatẽ nõ vt eſt ſimitas. quo quidem pacto percipi ſeparata nõ poteſt, ſed vt cõcauitas eſt,intelligeret actu, ſine ea tum ipſam intelligeret carne in qua concauitas eſt:ſic cũ res intelligit mathematicas,tũ ſeparatas ipſas vt ſeparatas intelligit.

36 ❡Omnino autem is intellectus qui actu intelligit:res ipſę eſt,vti diximus. Si vero fieri poſſit vt aliquam ipſe non ſeparatus à magnitudine, ſeparatarũ rerum intelligat, nec ne,conſiderandum eſt poſtea.

Cap. VIII.

37 Nunc autẽ ea quæ de anima dicta ſunt,quaſi ad quædã capita redigentes: rurſus dicamus animã ipſam ea vniuerſa quodãmodo eſſe quæ ſunt.nam ea quæ ſunt: aut intelligibilia ſunt,aut ſenſibilia. Atq; ſciẽtia quidẽ, eſt res eæ quodammodo quæ ſub ipſam ſcientiã cadũt: ſenſus autem,ipſæ ſenſibiles. verũ quo pacto id ita eſt, queratur oportet. 38 ❡Scinditur igitur in ipſas res, ſciẽtia atq; ſenſus. is quidem qui eſt potentia, in res potẽtia tales: is vero qui eſt actu,in actu ſimiliter tales. & ſciẽtia pari modo. Senſitiuum autem animæ, & id quod ſcientijs affici poteſt: hęc potẽtia ſunt. hoc quidem, id quod ſub ſcientiã cadit, illud vero, ſenſibile. ❡Atqui neceſſe eſt,aut res ipſas,aut formas in anima eſſe at nõ ſunt in ea, res ipſæ profecto. nõ enim

ipſe lapis in anima,ſed forma lapidis ineſt. ¶Quare anima,eſt vt manus.manus enim,inſtrumẽtorum eſt inſtrumentũ. & intellectus, formarũ eſt forma, & ſenſus, itidem ſenſibiliũ forma. 39 ¶Cum autem nulla res ſit præter magnitudines ſeparata,vt videntur res ipſę ſenſibiles,in ipſis profecto ſenſibilib⁹ formis,ipſæ ſunt intelligibiles formę tũ earum rerũ quę abſtractę vocãtur, tum eorũ etiã ſenſibiliũ quæ ſunt habitus atq; affectus.Idcirco & qui non ſentit, nihil diſcere,vel intelligere poteſt. Et qui contẽplatur,neceſſe eſt vna cum phantaſmate contẽpletur.ipſa nãque phantaſmata,veluti ſenſibilia ſunt, attamen ſine materia.Eſt autẽ aliud phãtaſia, ab affirmatione negationeve,verũ eñ,vel falſum,cõplexio eſt cõceptuũ intellectus.At mẽtis primi cõceptus,quo quæſo different,vt non phantaſmata ſint? An neq; cæteri ſunt phantaſmata,non tamen ſine phantaſmatibus ſunt?

Cap. IX.

40 CVm autẽ animaliũ anima hiſce duobus ſit definita, diſcernẽdi inquam potentia quod quidẽ eſt opus officiũq; mentis atq; etiã ſenſus, & inſuper etiã mouẽdi motu ad locũ accõmodato potentia,de ſenſu quidẽ & intellectu hæc ſint determinata ac pertractata. Deinceps autẽ de eo quod mouet quidnã ſit ipſius animę conſideremus oportet, vtrũ vna quædã ipſius ſit pars ſeparabilis magnitudine vel ratione,an ipſa anima tota, & ſi pars ſit aliqua.vtrũ ſit alia quædã propria præter eas quæ dici ſolent & eas quas diximus , an iſtarum aliqua vna? 41 ¶Atq; hic exiſtit cõtinuo dubitatio,dubitabitq; nõ iniuria quiſpiã,quomodo partes animę,& quot,

oporteat dicere? nam infinitę quodã modo, & nõ eę ſolum eſſe vidẽtur quas diuidẽdo quidã dixerũt, rationis inquã particeps, & iraſcẽdi ac cupiendi principium, velut alij rationis particeps, & rationis expers. Per differẽtias enim quibus haſce diuidũt & ſeparãt partes, & alię partes eſſe vidẽtur quę maiorẽ inter ſeſe q̃ dictę diſtantiã habẽt, Vegetatiua inquam, quæ quidẽ & plãtis & vniuerſis animalibus ineſt. Et ſenſitiua. quã nec vt rationis expertẽ, nec vt eiuſdẽ participem quiſquã facile ponet. 42 ¶ Pręterea imaginatiua, quæ ratione quidẽ ab omnib⁹ eſt diuerſa, cui vero ſit iungẽda vt ſit idẽ quod illa, aut a qua ſeiũgẽda vt ſit alia ab illa, magnã dubitationẽ habet profecto, ſi quis ſeiunctas animę partes ſeparataſq; ponat. Inſuper appetitiua, quæ & ratione & vi, alia diuerſaque ſine dubio ab vniuerſis eſſe videtur. Abſurdũ autem eſt, hãc a cęteris diuellere partibus ſit enim & in participe rationis. voluntas, & in ratione vacãte, cupiditas atq; ira. Quod ſi tres in partes diuiditur anima, in vnaquaq; profecto partium inerit appetitus.

43 ¶ Sed vt redeamus vnde digreſſi ſumus, quid eſt id quod mouet ipſum animal loco, quo de nunc diſputatio noſtra eſt inſtituta? motu nãq; eo quo incremẽta decremẽtaq; ſuſcipiũtur qui quidẽ omnibus animãtibus ineſt, id mouere ſane videtur quod vniuerſis ineſt eiſdẽ, principiũ inquam generãdi ac nutriẽdi. De reſpiratione autẽ expiratione ve, & ſomno atq; vigilia, poſterius cõſiderare oportet. nam & hæc ipſa, magnam dubitationem difficultatẽq; habent.

44 ¶ Nunc eſt de motu ad locũ accõmodato conſiderandum, quidnã id tandẽ ſit quod ipſum animal

motu mouet progrediēdi. Patet itaq;: nō eſſe ipſam potentiā nutriendi. nā alicuius gratia ſemper hic motus efficitur, eſtq; cū imaginatione vel appetitu nihil enim nō appetēs aut fugiēs, hoc motu cietur, niſi forſitan vi. Præterea plantę quoq;: tali cierētur profecto motu, partemq; aliquā ad hunc motū vt inſtrumentum haberent. 45 ¶ Pari modo nec ipſam ſentiēdi vim, motus huiuſce principiū eſſe: cōſtat, ſunt eñ animaliū multa quæ ſenſum quidē habent: manēt tamen & ſemper immobilia ſunt. Quod ſi natura nihil facit fruſtra, neq; neceſſariorū quicquā omittit, niſi in animalibus mēbris captis ac imperfectis, atque animaliū hæc & perfecta ſunt & nō mēbris capta, cuius id indiciū eſt, & generant enim & ſtatū decremētaq; ſuſcipiūt, haberēt & eas ipſa profecto partes quę progrediēdi ſunt inſtrumēta. 46 ¶ At vero neq; ratiocinādi vis, & id quod intellect⁹ appellatur, principiū eſt mouēdi. Intellectus enim contēplatiuus, nihil eorū quæ ſub actionē cadunt contemplatur, neq; dicit quicquā omnino ſi ſit fugiendū an perſequēdū. at motus, ſemper aut fugientis aut perſequētis quippiam eſt. Actiuus etiā cum rem aliquā huiuſcemodi cōtemplatur, minime iam fugere aut perſequi iubet. attamen ſi res illa terribilis ſit, cor ipſum mouetur. ſin afficiens voluptate, pars aliqua alia corporis agitatur. 47 ¶ Præterea intellectus nonnunquam iubet, ratioque fugere aliquid aut perſequi dicit, at nō obtemperat homo neq; mouetur, ſed agit cupiditate, vt in ipſo fieri ſolet incōtinente. Omnino autem perſæpe fieri videmus: vt nō medeatur iſce qui medicinā habet, nec iſce conficiat, ſtatuā qui ſtatuariam

habet artem. propterea q; non ars ipſa neq; ſcientia, ſed aliquid aliud, hanc habet vim & potentiā vt per ipſam artem aliquid ſcientiarūq; agatur. 48 ¶ At vero nec appetitus, auctor atque princeps huius eſt motionis, continentes enim: quanquā appetunt atq; cupiunt, non tamen agunt ea quæ cupiunt, ſed intellectum ipſum ſequuntur rationique obtemperant.

Cap. X.

Videtur igitur duo hæc eſſe mouētia, vel appetitus vel intellectus, ſi quis imaginationē vt quandā intellectionē eſſe ponat. Nam & homines: magis imaginationē quā ſcientiā plærūq; ſequuntur. & in cęteris animalibus: non intellectio neque ratio, ſed imaginatio ineſt. Hæc igitur ambo, intellectus & appetitus, mouendi motu dicto, principia ſunt. 49 ¶ Intellectus is inquā, qui alicuius gratia ratiocinatur, quiq; principiū eſt agendi, atque hic: fine, ab intellectu contemplatiuo differt. Appetitus etiā omnis, alicuius eſt gratia. cuius enim eſt appetitio, id eſt principium intellectus actiui. at ipſum vltimū, principiū eſt actionis. Quare nō ſine ratione principia mouendi videntur hæc eſſe duo, appetitus inquā & mens ea quæ principium eſt agendi. ipſum enim appetibile, mouet. & propterea mens mouet, q; appetibile, ipſius principiū eſt. 50 ¶ Imaginatio quoq; cum mouet. non abſque appetitione mouet. Vnū igitur eſt id quod mouet, ipſum inquā appetitū. nam ſi duo, intellectus atq; appetitus, mouerent, per aliquā cōmunē vtiq; formam mouerēt. nūc autem, intellectus quidē non videtur abſq; appetitu mouere voluntas enim, appetitus eſt quidā. Atq; cū

fit motus per rationē,& etiā per voluntatē fit. Appetitus autē,abſq; ratione mouet. cupiditas enim & ipſa,quidā eſt appetitus. 51 ¶ Intellectus igitur: rectꝰ eſt omnis. at appetitus atq; imaginatio,& recta eſt & non recta. ¶ Quocirca: ſemper quidē ipſum appetibile mouet. hoc autē eſt: aut verè bonū, aut apparēs, bonū. attamen non omne bonū mouet, ſed id quod ſub actionē cadit. Sub actionē autē cadit: quod aliter ſeſe habere etiam poteſt. 52 ¶ Patet igitur: talem animę vim atq; potentiam, principiū eſſe mouēdi, quę quidem eſt ea quā appetitū conſueuimus appellare. Cōſtat etiam eos oportere qui partes animę diuidunt, ſi modo potētias ipſas diuidant atq; ſeparēt, cōplures ipſas eſſe concedere: nutriendi principium, ſentiendi, intelligendi, deliberandi, & appetēdi. hæc enim plus inter ſeſe differunt, q̄ potētia cupiendi ac iraſcendi. 53 ¶ Cum autem appetitiones inter ſeſe contrariæ fiant, quod quidem tum fit cum ratio cupiditaſq; cōtrariæ ſunt, idque fieri ſolet in hiſce quę ſentiunt atq; percipiunt tēpus (mens enim ob futurū retrahere iubet: cupiditas vero, pręſens ipſum perſequitur. nā quod iam afficit voluptate: id & ſimpliciter afficere voluptate & abſolute bonū eſſe videtur, ex eo ſane quia futurū nō perſpicitur. 54 ¶ Specie quidem vnū id eſt profecto quod mouet, appetitiuum inquā vt appetitiuū eſt, atq; appetibile omniū eſt mouentiū primū (hoc enim mouet & nō mouetur: mente aut imaginatione perceptum) numero vero plura ſunt ea quæ mouent. At vero cum tria ſint in animaliū motu, vnum id quod mouet, ſecundum id quo mouet, & tertiū id quod mouetur, atq;

id quod mouet ſit duplex, nam aliud eſt immobile, aliud mouet atq; mouetur, immobile quidē id bonū eſt quod ſub actionē cadit, id vero quod mouet atq; mouetur eſt ipſum principium appetendi (mouetur enim id quod appetit, eą ratione qua appetit. & appetitio, eſt motus quidā vel operatio) id autē quod mouetur eſt animal ipſum, at quo mouet appetitus vt inſtrumēto id iā corpori tribuendū eſt. Quocirca de ipſo tunc eſt cōtemplandum, cum de cōmunibus animę corporiſve operibus atq; officijs cōtemplabimur. 55 ¶ Nūc vt in ſumma dicamus, id quod mouet vt inſtrumentū, ibi eſt collocandū vbi idem principij rationē finiſve ſubit, vt in cardine fit. hic enim conuexū & concauū eſt, quorū alterum finis, alterū principium eſt. Quapropter alterum quieſcit, alterū mouetur. Sunt ratione quidē diuerſa, magnitudine vero non ſeparātur. vniuerſa nanq; ,pulſu tractuque mouētur. Idcirco oportet perinde atq; in circulo, aliquid manere, & hinc incipere motū. 56 ¶ Omnino igitur vti diximus, hoc ſuiipſius motiuū eſt animal, quo eſt appetitiuū. At appetitiuū, ſine imaginatione nō eſt. omnis autē imaginatio, aut rationis eſt particeps, aut eſt ſenſitiua. atq; huius, & beluæ participes ſunt.

Cap. XI.

At enim cōſiderandū eſt etiam quidnā ſit id quod imperfecta animalia motu ciet, quibꝰ ſenſus ineſt tātūmodo tactus, atq; inueſtigādū eſt ſi his etiā inſit imaginatio cupiditaſve, necne. & enim dolor atq; voluptas, his ineſſe videtur, ꝙ ſi hæc inſunt, & cupiditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. At quonā pacto his imaginatio ineſt? An aſſerendū

eſt vt videtur, hæc & in his in eſſe, imaginationē inquam atq; cupiditatē, verū vt indeterminate mouentur, ſic & hęc ipſis inſunt indefinite. 57 ¶ Imaginatio igitur ſenſitiua ratione etiā expertibus, vti diximus, animalibus ineſt. At deliberatiua, his ineſt tantū in quibus ratio ineſt nā vtrū hoc agat, an hoc, rationis iam opus atq; officiū eſt. atq; neceſſe eſt, vno quodā metiri. maius enim perſequitur. Quare, poteſt vnum ex pluribus phātaſmatibus facere. Et hęc eſt cauſa ſane cur nō omnis imaginatio videtur opinionē habere, quia eā quę eſt ex ratiocinatione, nō habet, at hęc, illā nimirū habet. Quapropter, deliberatiuum, appetitus nō habet. Vincit autē interdū appetitus mouetque voluntatē, interdū hæc illū, appetitus inquā appetitū vt ſphęra, cū incōtinentia fit, atq; ſemper ſuperior, magis eſt princeps mouetq; natura. Quo fit, vt tres iā motus efficiātur. 58 ¶ Ea vero ratio cui ſcientię tribuuntur, nō mouet, ſed manet. ¶ Cum autē exiſtimationū ac rationū alia ſit vniuerſalis, alia ſingularis (illa nanq; dicit, omne bonū honoribus eſſe afficiendū, hæc vero dicit, me bonū eſſe) hæc iam opinio mouet, nō illa vniuerſalis, quin potius, ambę mouēt. at illa quieſcens magis, hæc autem, non quieſcens.

Cap. XII.

59 NEceſſe eſt igitur omne quod viuit animamq; habet, nutriendi vim habere ab ortu generationeve vſq; ad interitū corruptionēve ſuam, neceſſe eſt enim omne quod eſt ortū, accretionem & ſtatum & decretionē habere, quæ quidē vt patet ſine nutritione fieri nequeūt. Neceſſe eſt igitur, vniuerſis his quæ accreſcunt atq; decreſcunt, ineſſe potentiam

nutriendi. 60 ¶ At nõ in omnibus viuentibus neceſſe eſt ſenſum eſſe. etenim neq; ea poſſunt tactum habere, quorũ corpus eſt ſimplex, quæq; nõ ſine materia, formarũ ſunt ſuſceptiua, neq; fieri poteſt, vt ſine hoc ſenſu animaliũ quicquã in rerũ ſit ratione. Animal autẽ neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil facit fruſtra natura. nã vniuerſa quæ natura cõficiuntur, gratia ſunt alicuius, aut ſunt caſus eorũ quę alicuius cauſa fiunt. Si igitur corpus quod habet vim gradiendi, nõ haberet ſenſum, corrũperetur ſane. & nõ ad ſuum proficiſceretur perueniretq; finẽ quẽ quidẽ opus eſſe naturę cõſtat. 61 ¶ Quo nãq; pacto nutrietur? Immobilibus enim adeſt nutrimẽtũ eo in loco, vbi ſunt orta, quo nutriri poſſunt ſuapte natura. Fieri autẽ nequit, vt corporũ quicquã mobile atq; ortum, animã quidã habeat diſcernentẽq; mentẽ, ſenſu autẽ vacet. Cur enim nõ habebit? aut enim animæ, aut corpori idipſum melius erit. At, neutri videtur melius eſſe illa nãq;, ob hoc nõ intelliget magis, illud autẽ, nõ ob ipſum magis perſiſtet, 62 ¶ Nullũ igitur, vti diximus, nõ immobile corpus, habet animã abſq; ſenſu. ¶ Atqui ſi ſenſum habet, neceſſe eſt ipſum vel ſimplex corpus, vel miſtũ eſſe. Sed fieri nõ poteſt, vt ſit ſimplex, nõ enim habebit tactũ. 63 ¶ At hunc ſenſum ineſſe neceſſe eſt. quod quidem, ex hiſce perſpicuum euadere poteſt. Nã cum animal omne corpus ſit animatũ, corpus omne tangibile ſit, tangibile autẽ ſit id quod eſt ſenſibile tactu, neceſſe eſt & animalis corpus vim habeat ſentiendi tangendo, ſi debeat ipſum animal conſeruari. Cæteri nanq; ſenſus, per alia quędã externa ſentiunt, odoratus inquã, viſus, ac au=

ditus, tangẽs autẽ niſi ſenſum habeat, nõ poterit alia quidẽ fugere, alia autẽ capere. Quod ſi ita ſit, fieri nõ poteſt vt ipſum animal cõſeruetur. ¶ Quapropter & ipſe guſtus, quaſi tactus eſt quidã. eſt enim, alimenti ſenſus. at alimentũ, corpus eſt quod tactu percipitur.
64 ¶ Sonus autẽ & color & odor, nõ nutriunt, nec accretionem decretionẽve faciunt. Quare neceſſe eſt ipſum guſtũ, tactũ quendã eſſe, quia rei tangibilis ac nutritiuæ eſt ſenſus. Hi igitur ſenſus, neceſſarij ſunt animali. atq; perſpicuũ eſt, fieri non poſſe vt ſit animal abſq; tactu. At cæteri ſenſus, boni ſunt gratia. & definito iam generi, nõ cuiuis animaliũ ſine vllo diſcrimine, ſed cuidam vt gradienti, neceſſe eſt inſint. nam ſi cõſeruari debeat, non ſolũ tangendo, ſed eminus etiã ſentire ipſum oportet. 65 ¶ Quod quidem erit, ſi per extremum ſentire medium poſſit, hoc pacto vt à ſenſibili quidẽ medium, ab hoc autẽ ipſum patiatur ac moueatur. Nam vt in motu ad locũ accõmodato fieri ſolet, cum per multa efficitur (primum nanq; mouẽs, pellit ſenſum, pellendoq; facit vt illud pellat id quod deinceps poſt illud eſt collocatũ. ſitq; hoc pacto motus, per mediũ. atq; primum quidem: pellit & nõ pellitur. vltimũ autẽ, pellitur & nõ pellit. medium vero, pellitur atq; pellit. & interdum plura ſunt media, interdũ pauciora) ſic & in alteratione fieri ſolet, hoc excepto duntaxat, id inquã quod alterat eodem in loco manere. veluti ſi quiſpiã in cerã tinxerit, vſq; ad id mota eſt, vſquequo tinxit. lapis autẽ, non mouetur, at aqua, ad diſtantiã longam. aer autẽ ad longiorẽ mouetur, atq; agit & patitur, ſi maneat, ſitq; vnus & non diuiſus. Quapropter & de reflexio-

ne, melius eſt aerem à figura coloreq; pati, quouſq; ſit vnus(eſt autē vnus,in ipſo lęui)quam egredientē viſionem frangi atque reflecti cenſere. Quocirca rurſus hic mouet viſum, perinde atque ſi ſignum quod in ceram imprimitur,tranſmiteretur vſque ad finem.

Cap. XIII.

66 At qui perſpicuum eſt, fieri nō poſſe vt corpus animalis ſit ſimplex,igneum inquā,aut aqueū aut aereū. Nam nullus alius ſenſus, abſq; tactu haberi poteſt.corpus enim animalis omnis,vt dictum eſt,vim habet ſentiendi tangendo.cætera autem elementa,præter terram, inſtrumēta ſenſus fieri poſſunt. Atque omne tale,per aliud ſentiendo ſenſum nimirum efficit,& per media. at tactus, in tangendo ſenſibilia ſua conſiſtit. Quapropter,& hoc nomine nuncupatur. atque temetſi cætera quoque ſenſuum inſtrumenta tactu ſentiunt,tamen per aliud medium ſentiunt. at ipſe tactus, per ſeipſum ſolus ſentire videtur. Quibus efficitur, vt nullum talium elementorum,corpus ſit animalis. At vero, neque terreum eſſe poteſt. tactus enim, veluti mediocritas eſt omnium tangibilium. & inſtrumentum ipſius, non modo terræ differentiarum eſt ſuſceptiuum ſed etiam calidi frigidique,cęterorumque omnium tangibilium. Et ideo neque oſſibus,neque pilis,neque talibus partibus vllis omnino ſentimus, quia terrea ſunt. Hinc & plantæ omnium ſenſuū ſunt, vt patet expertes,quia & ipſæ terræ ſunt. At abſq; tactu,fieri nō poteſt, vt alius quiſquam ſit ſenſus, huius autem inſtrumentum ſenſus, neq; terræ eſt,neq; cęterorum vllius elementorū. 67 ¶ Hæc cum ita ſint,patet ani=

malia neceſſario mori,cum hoc ſolo ſenſu tactus priuantur.neque enim fieri poteſt, vt hunc ſenſum non animal habeat,neq; ſi animal eſt,alium ſenſum præter hunc habere neceſſe eſt. ¶ Et propterea fit vt cętera quidem ſenſibilia nō corrumpant ſuis exuperationibus animal,color inquã ſonus & odor, ſed ipſa tantum ſenſuū inſtrumenta,niſi per accidens.vt ſi ſimul cū ſono pulſio ictuſq; fiat,& ſi a rebus quę videntur atq; ab olentibus, alia moueantur quæ tactu corrumpunt,ſapor etiā hoc ſane corrumpit, quo ſimul accidit ipſum,tangibile eſſe. Exuperationes autē tangibilium,vt calidorū, frigidorū & huiuſmodi,ipſum interficiūt atq; interimunt animal. 68 ¶ Exuperatio enim ſenſibilis cuiuſuis ſenſus deſtruit inſtrumentū atq; deuaſtat. Quare & tāgibile exuperās,ipſum deſtruit tactum. At hoc ſenſu, definitū eſt animal.ſine nanq; tactu fieri nō poſſe vt ſit animal,demonſtrauimus. ¶ Quāobrem exuperationes eorum quę tactu percipiuntur , non ſolum inſtrumentū ipſius ſenſus, uerūetiam animal ipſum interimunt atq; corrūpunt. quia neceſſe eſt animal,hunc ſolum habere. Cæteros autē ſenſus animal habet, nō vt ſit,ſed vt bene ſit, vt antea diximus, Viſum enim habet vt videat,quoniā & in aere , & in aqua,& omnino in perſpicuo degit. Guſtum autem,ob id quod voluptate afficit aut dolore, vt in alimento ea ſentiat & cupiat ac moueatur. Et auditum , vt aliquid ſignificetur. Linguam præterea,vt ipſum, aliquid alij per ipſam ſignificet.

¶ Tertij libri de anima Ariſtotelis, interprete Ioanne Argyropylo, finis.